



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

II. Christus constitutus Rex à Deo super Sion Montem sanctum eius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79582)

*Christus constitutus Rex à Deo, super
Sion montem sanctum eius.*

PRæter regnum Christi ex obiecto tempo-
rale, de quo hæcenus, aliud in eo regnum
distinguebamus, quod Spirituale est ex obie-
cto, nec reuera differt à supremo Pontificatu,
quod attinet ad potestatem regendi animas in
ordine ad finem Spiritualem & salutem suam.

*Christus solus, vi eiusdem tituli, Rex
& Pontifex.*

Quamvis autem in temporibus & seculari-
bus Regibus, potestas Pontifici, siue regnum
Spirituale, non iungitur cum temporali vi
eiusdem tituli; in Christo tamen ut dicere no-
tauit S. Chrysostomus orat. de vno Legislatore,
res aliter habet. [Hæc quidem res (inquit) Je-
ditiōi inter Iudæos occasionem præbebat, ita
ut noua & iniuriata inter se quæstione contem-
derent: Cum enim Apostoli Seruatores, &
Regem, & Sacerdotem, & Prophetam prædi-
carent; Iudæi inter se contendebant, allatis
in medium quæ in lege ipsorum præscripta fue-
runt oraculis, & testimoniis. Alia dicebant,
tribus Regni, & alia Sacerdotij Ieritica quidem
Sacerdotij, tribus verò Iudæ Regni. Si igitur
Christus Rex, ergo non Sacerdos: si verò Sa-
cerdos, ergo non Rex aduersus quos Paulus
agens, omni oratione ad euertendam hæc ip-
sorum opinionem comparata, ait: num igitur
Christus, secundum Sacerdotij velti ordinem
& institutionem resurrexit? Apud vos quidem
Regnum & Sacerdotium distincta sunt. In
Christo utrumque coniunctum esset copula-
tum. Tu enim, aiunt sacre litteræ, Sacerdos in
æternum secundum ordinem Melchisedæ. Attribu-
latur S. Bernardus epist. 243. verbis illis. [Nec
dulcius, nec Amabilius, sed nec ætius omni-
no, Regnum sacerdotiumque coniungi seu
complantari in inuicem poterunt, quam ut in
persona domini, ambo hæc pariter conueniant;
ut potè qui factus est nobis ex utraque tribu se-
cundum carnem, summus & Sacerdos & Rex.
Facundus idem optimè tradit lib. 11. pro tribus
capitulis cap. 3. [Cogitare (inquit de Marciano
Imperatore,) & nosse facillime potuit, Christi
solius esse regnum cum sacerdotio simul habe-
re: quoniam & si quidam Reges, in eius ven-
turi figuram sacerdotio functi sunt, tamen cum
manifesta lux venit in mundum, vmbra, re-
mouens futurorum, nulli alteri dedit, quod sibi
singulare seruauit: sed in diuersos dona sua di-
stribuens, sic quæ propria sunt sacerdotij Regi-
bus interdixit, quo circa quemadmodum vir
sapiens, non profanum iudicaret hoc velle vi-
deri, quod solus est Christus?

385 Audin' quo loco antiqui Christiani
haberent monstruosam diadematis regij ac
thiaræ pontificiæ consociationem, multipli-
cium abominandorum incestuum concursu
procreatam superiore seculo? Nec melius de
eiusmodi

383 In hac meta, duplex vsus huius do-
ctrinae obiter legendus est. Primus quo per
sanctam superbiam efferamur, quod tantum
Dominum habeamus, ac tanti Regis domestici
& aulici simus. Mirabatur Epitectus apud Ar-
rianum lib. 1. cap. 3. & lib. 3. cap. ultimo, non
se continere hominem, cum à Cæsare inter
domesticos annumeratur. Nobis omni iure
magni Spiritus sunt assumendi, cum perspicu-
mus, Dominum cuius famuli, Regem esse Re-
gum, eiusque populum esse principes. Non
dissimulat S. Athanas. orat. de Ascens. se qua-
dam sancta magnanimitate efferri, cum audi-
ret hominem de sanguine suo, in cælo re-
gnare. Idem & nos sapiamus, Christum etiam-
num viatorem, in cælo & in terra Regem fuisse
agroscientes. Est etiam quod in hac meta,
gratiam Domini nostri Iesu Christi cum Apo-
stolo demitemur, qui cum Rex esset vniuersalis
Angelorum & hominum, iure sibi tot titulis
parto, ut noluit; nec quod nos passim faci-
mus, affectauit regnare & præesse aliis, id
quod factus erat, sed subesse quæsiuit. Itaque
de regie huius potestatis Christi, deque con-
ueniente regni administratione, cum Christus
ea perpetuo abstinerit, nihil hoc loco. Possumus
tamen ac etiam debemus, hinc assurgere,
ad dignitatem operum ac perfectionum Christi
contemplandam ac suspiciendam. Quo enim
sublimior est Christi dignitas, (& est sublimis-
sima, cum Rex regum sit, & Dominus domi-
nantium,) eo nobiliores sunt eius actiones.
Sed præsertim hanc ob causam, maiorem ex-
citare debet commiserationem, cum nobis ob-
uerfatur patiens, & violenta morte occum-
bens. Conradinus Federici Barberossæ nepos,
à Carolo Andegauensi ex fuga retractus, anno
1268, & cum Federico Austriaco Neapoli per
carnificem publicè cæsus est. Ad eum nuncium,
orbis vniuersus obstupuit; Ipseque Conradinus,
Carolo quod caput regum letho addiceret, im-
manitatem exprobrauit. Petrus etiam Rex Ara-
gonum, in eundem Carolum, hoc conuictij spi-
culum torfit. Tu es Nerone Neroniæ, & Sara-
cenis crudelior: Quod Saraceni quoque Reges
captiuos vererentur, & litui exactione con-
tenti, superstites dimittant, ut factum S. Lu-
douico Carolo fratri. Mariam Stuartem Scotiæ
Reginam, Elizabethæ Anglicæ perfidissima
crudelitate carnificinæ suppositam, seculum
proximum inhorruit. Ad eum omnibus persua-
sum est, & Regiam personam, etiam in cala-
mitate, debere esse venerabilem, & liberam
vexatione. Quis igitur sensus noster esse debet,
cum Regem cælorum ac Dominum, Regem
regum, ea à famulis ingratis passam audi-
mus, quæ irrogata facinorosis, commiserationem
excitant?

eiusmodi monstro pronunciauit S. Maximus in collatione cum principibus in secretario, referendus cap. de Christo Pontifice initio. Item Felix 3. Epistol. 1. ad Zenonem Imperat. Et Theodorus Studita Carech. 127. Tacco recentiores qui in illud erroris portentum, arma potentia Deo strinxerunt. Hosium toto l. 2. Antibientij, Sanderum l. 2. visib. monar. toto & l. 5. de clauē Dauid cap. 2. & seqq. Ribad. splendide l. 1. de principe à cap. 19. Stapletonium l. 5. de principis à cap. 17. Suarem l. 3. contra Iacobum à cap. 6. Bellatminum l. 3. de verbo Dei à cap. 7. & lib. 1. de Pontif. cap. 7. & in Apologia contra Iacobum cap. 3. aliosque recentiores bene multos. Rem paucis confectis Gelasius Papa in tomo de vinculo anathematis post medium. [Fuerint hæc (inquit) ante aduentum Christi vt quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti, pariter Reges existeret & pariter sacerdotes: quod sanctum Melchisedec fuisse, Sacra prodit historia quod in suis quoque Diabolus imitatus est, vt potè qui semper quæ diuino cultui conuenirent sibi imet tyrannico spiritu vindicare contendit vt pagani Imperatores, iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est eundem Regem atque Pontificem, vltra sibi nec imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex Regale fastigium vendicauit. Quamuis enim membra ipsius, id est veri Regis atque Pontificis secundum participationem naturæ, magnificæ vitæque in Sacra generositate sumptisse dicantur, vt simul Regale genus & sacerdotale subsistant: atramen Christus memot fragilitatis humanæ, quod suorum salutem congrueret dispensatione magnifica temperans sit actionibus propriis dignitatibusque distinctis, officia potestatis vtriusque discreuit, suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi, vt Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontificis pro temporalium cursu rerum, imperialibus dispositionibus vterentur: quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incurfibus. Et idem militans Deo minime se negociis sæcularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus diuinis præfidere videretur qui esset negociis sæcularibus implicatus, vt & modestia vtriusque ordinis curaretur, ne extolleretur vtroque suffultus; & competens qualitatibus actionum, specialis professio aptaretur. Iulianus Apostata epistola ad Arfacium Ethnicismi Pontificem, quam descripsit Nicephorus l. 10. hist. cap. 22. insigniter monstrauit, quàm non sit seculari potestati ius vllum in Sacra; & quomodo in templo quilibet Magistratus sit priuatus. In solo igitur Christo, vi eiusdem tituli, iunguntur regie potestas temporalis ex obiecto, de qua proximè & spiritualis, de qua nunc seorsim agendum.

In puris hominibus, Regia & Pontificia, potestas, & ex diuersis tantum titulis.

385 Semper, vi eiusdem tituli, vt occurrat alteri errori, quos olores Ecclesiasticæ

maiestatis, vellent potestatem quamcunque temporalem negari Clericis: quasi sicut nunc diximus Laicis non competere iurisdictionem Sacram ita nec debeat competere clericis iurisdictione temporalis. Et verè clericis quæ clericis non competit iurisdictione temporalis, vt notum est. Sicut tamen nihil verat, ei qui temporale regnum vno titulo obtineat, competere alio titulo Pontificiam potestatem; (qua ratione Henricus Lusitanus, superiore seculo, post Sebastiani nepotis mortem, cum esset Archiepiscopus Eboracensis, alio titulo habuit vt simul esset Rex Lusitanæ:) ita nihil verat, ei qui vno titulo, potestate spirituali potiatur, aduenire alio titulo temporalem dominationem & iurisdictionem. Eaque ratione plerique Præsules, cum essent ad sacerdotium vocati à Deo tanquam Aaron, iunxerunt eidari Pontificiæ coronam temporalem v.g. S. Cyillus teste Socrate l. 7. hist. cap. 7. temporalem principatum vrbis Alexandrinæ sanè pinguisimum, pretio comparauit; vt deinceps, esset Præsulum Alexandrinorum. Romani item Pontifices piissime largitate multorum Principum, varias dynastias, ac etiam regna obtinuerunt, quanta enumerat Thomas Stapletonius l. de magnitudine Romanæ Ecclesiæ, & Bosius l. 17. de signis Ecclesiæ cap. 3. & 4. Alios Præsules temporalibus potestatibus potentes, enumerat latè Choppinus l. 2. de Sacra politia cap. 1. à num. 7. De plerisque ad septentrionem Præsulibus, titulo donationis, aut emptionis magnos principatus adeptis, notius est quàm vt moueri oporteat. Nec id malè aut iniuste factum, latè contra Caluini grunnitis confirmat Bellarm. l. 5. de Rom. Pontif. c. 9. & 10. Illud igitur duntaxat negamus Præsulibus Ecclesiasticis, quod eodem titulo, Sacram & humanam præfecturam, siue Regiam siue inferiorem, sortiantur. Sicut viceuersa, illud vtrum negamus Principibus secularibus ac Regibus, quod eodem titulo quo sunt Principes Regesque sæculares, Ecclesiastico quoque principatu fungi possint: quamuis diuersis titulis, coherere possint iurisdictiones illæ in puris hominibus. In solo Christo, Regia & Pontificia iurisdictione vi eiusdem tituli, summa & plenissima cernitur: ita vt cum mons Sion esset bicollis & biuius & cuius vno in colle arx Regia, in altero templum contineretur; Christus solus, qui filius naturalis, vtroque regnaret, & regia ex obiecto temporali ac spirituali potestate fruere. Exposita ergo potestate ex obiecto temporali, ad spirituale regnum progredimur. Et quia Christus vsum & exercitium regie suæ civilis potestatis suspensionem voluit; & hanc solam regiam potestatem exercuit; iungemus cum tractatione huius regie potestatis, omnes Christi denominationes petitas à felici regimine subditorum. His enim perfectio regie huius spiritualis potestatis exprimitur, ac proinde diuelli ab ea non possunt.

Y 3 Spiritualis

*Spiritualis Regia potestas, sine sum-
mus Pontificatus in Christo, cum regno
universi ex eodem titulo cohaerens,
astruitur.*

187 Non est autem quod cui videatur, hoc Christi attributum ad sectionem sequentem fuisse potius referendum; eo quod hoc regnum spirituale quod est Ecclesia, coalecat ex solis hominibus. Nam quamvis frequentius Ecclesia vox, solam militancem designet, nec directè nisi homines cōplentur; tamen ut benè vidit Stapletonius l. 1. de principiis fidei c. 2. ex vñ quoque scripturarum & Patrum, spirituale regnum Christi quod est Ecclesia, non concluditur terarum ambitu, sed caelos quoque & Ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in caelis, comprehendit. Hoc enim est illud regnum Dei, de quo Matth. 13. tollenda dicuntur omnia scandala. Hæc illa gloriosa Ecclesia non habens maculam neque rugam, ut D. etiam Augustinus agnovit lib. 2. retract. cap. 18. & S. Hieronym. cap. 31. Jerem. Quod si quis Angelos ab hoc regno excludendos putet, quia non sunt ex genere nostro; at excludere saltem non poterit, quatenus nobis iuvandis, & ad felicem regni huius sortem peruehendis, destinati sunt. Omnes enim administratorij Spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Et hoc nominatim titulo subsunt regi Christo. Quæ eadem ratione, Angeli satana, ipseque satanas, ad hoc regnum pertinent, Christoque subsunt tanquam carnifices, qui in omni regno, ad purgationem bonorum & malorum excidium, sunt necessarii. Sanè S. Chrysostomus hom. 3. de patientia Iob; Demones, Christi & Apostolorum veluti iudicum carnifices, habet itaque rectè titulus Regis Spiritualis, tanquam ductus ex ordine ab Angelis simul & homines, tractandus in hac attributorum Christi classe, proponitur.

Christum esse spiritualem Regem in Ecclesia, tam multis tamque expressis vtriusque testamentis locis proditum est, ut pigeat quedam appendere. Collegit omnino multa Iosephus à Cosma lib. 4. de Christo revel. cap. 4. sed præter cætera illustrissimus est locus ex c. 9. Isaia, ubi de Christo dicitur; *super solium David, & super regnum eius sedebit, ut corroboret illud.* Ad quem locum videtur allusum ab Angelo Luca 1. cum de Christo prædixit; *Dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Et ex loco Isaia manifestum videtur, in loco Luca *sedem* siue *solium*, non posse accipi pro templo David, à Salomone in imagine extructo, ut interpretatur Villalp. tit. 2. part. 2. lib. 1. Isagogico cap. 10. Id enim est *sedes* apud Lucam, quod *solium* apud Isaiam. At neque solium, neque etiam propriè loquendo sedes David, de templo per filium eius constructo, dici potest. Sedes ergo David, est regnum Davidis. Cum autem constet Christum non sedisse in sede David regnando civiliter & seculariter in regno Iudico, ut à Dauide factum erat; (circa quod Iudæi semper impingunt, ut latè tractant masttyges eorum superiore capite annotati, non

multum ab initio, & impiegiisse quoque ad eum lapidem hereticos, autor est Athanasius ad finem sermonis de Deipara); fatendum est, & verba esse accipienda de regia potestate spirituali, quam Christus qui de domo David erat, exercuit in Ecclesia, constitutus à Patre Rex super Sion montem sanctum eiusid est super Hierusalem mysticam, ut habetur Psalmo 2. ad quem locum S. Hilarius, nemini fas esse vult de hoc Christi regno dubitare. [Nescio (inquit), ut Christum Regem esse ambigere sit tutum, latrone hoc ipso in crucis passione proficiente: *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.* Sed non sufficit confessio latronis, Regem ipsum profitentis. Testantur etiam adoratori inagi, cum interrogant; *ubi est qui natus est Rex Iudeorum.* Testatur & Pilatus interrogans, *tu es Rex Iudeorum?* Profitetur & Dominus, respondens, *tu dixisti.* Non negat interrogatus, nec gloriatur humiliandus ad mortem, cum non sit nisi ex responsione confessio in neque se prætulit professionis autorem, neque interrogata cognitionis veritatem invidit.]

388 Nec hoc Christi regnum, excludit e terris idem S. Hilarius, eumque celo solo concludit, cum mox subdit. [Hic ergo Rex super Sion montem sanctum Dei constitutus est, præceptum domini annuncians, non super illum vtiq; terræ civitatis montem; complens scilicet & homicidæ, & parricidæ Hierusalem; sed Hierusalem eius quæ in caelis est; quæ mater est nostra, quæ civitas Regis magni est; cuius ut existimo, hodieque incolæ sunt in passione domini resurgentes.] Hæc inquam non pertinent ad excludendum e terris spirituale regnum Christi, sed tantum ad ablegandum seculare regnum super Hierusalem, quale Iudæi comminiscuntur. Spirituales autem regni Christi portio, ad quam suspiramus, caelos seculam occupat. Portio altera in terris adhuc iaceat, & ideo S. Hilarius a portione patre, denominavit Christum regem caelestis Hierusalem, non exclusa tamen mystica Hierusalem militante adhuc in terris: idque continentes tradit S. Hilarius, declarans præceptum quod Rex Christus super Sion constitutus annunciat & prædicat. Ostendit enim dirigere ad populos adhuc in terra degentes, qui proinde regno Christi subiacebant.

Regnum igitur Davidis quod in Iechonia excisum fuerat, non est in Christo instauratum, ut Iudæi falsò & frustra expectabant: sed eatenus fuscitatum est regnum domus David, quatenus ea familia, in Christo qui ex ea ortus erat, denuo facta est regia. Accepit enim regnum spirituale longè sublimius & illustrius illo terreno regno quod in Dauide possederat. Sicque impletum est quod varij Prophetae de instaurando in Christo regno Davidis prædicarant. Ut Ieremias cap. 23. *Suscitabo David germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra, & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus esset.* Item Ezech. cap. 21. *Aufer cidarium, tolle coronam &c. donec veniat cuius est iudicium, & tradam ei.* Vbi deiectione Davidici principatus, & instauratio in Christo prænunciatur. Sed perspicuè Amos vltimo. *In illa die suscitabo iumentum David quod cecidit, & reedificabo*

Christus, Rex super Sion, siue Eccles. 173

aperturam murorum eius, & quæ dirueram in-
stantur. Non est sensus, illudmet numero
 regnum è quo familia David exciderat, resti-
 tendum fore per Christum in eandem fami-
 liam. Id enim factum non est, ac proinde non
 fuit prædictum. Sed sensus est, familiam David
 per Christum recepisse potestatem regiam; non
 quidem illammet è qua exciderat, sed aliam
 longè altiore nempe hanc spirituales, quæ
 vndeunque sublimior & diffusior fuit carnali
 illa regia potestate, qua David petitus fuerat,
 è qua Iechonias exciderat. Quod si in istis, ver-
 ba Angeli de Christo plus ferre videri, cum di-
 cit Angelus, dandam Christo sedem David
 Patris eius; respondendum est, verba Angeli
 eundem quoque sensum facere; nec aliud illis
 subiactum quam quod Deus esset daturus Chri-
 sto regnum, æquè ac Davidi dederat; & qui-
 dem in illammet regionem in qua David regna-
 uerat, ac etiam longè vltius diffusum, & lon-
 gè diuersæ rationis. Quamquam non incom-
 modè Caietanus Lucæ 1. *sedem David*, inter-
 pretatur, non quam ipse David tenuerat, sed
 toties promissam Davidi pro posteritate sua:
 quod est regnum spirituale æcumenicum, in
 quo versamur.

*Quomodo id Christi regnum, non
 de hoc mundo.*

389 Hoc est regnum illud, quod Christus
 negabat esse de hoc mundo: non quod in hoc
 mundo non sit, sed quod non sit ex eo. Nam
 & originem aliunde habet quam ex hominum
 voluntate, quæ est ordinaria origo secularium
 regnorum, vt Socrates latè prosequitur lib. 3. con-
 tra Iacobum cap. 1. & seqq. & habet pro obie-
 cto, personas quæ vi instituti sui non debent
 de hoc mundo esse, & conformiter ad leges
 mundi viuere, & cum sit regnum spirituale, non
 est eiusdem rationis cum regnis temporalibus,
 habetque finem alium, & planè aliam guber-
 nationis formam; nec eius subditi, mundo &
 principi huius mundi, vltra seruiunt. Ita Chri-
 sti verba proposita exposuit S. Augustinus tract.
 11. in Ioan. his præter cætera, cum inducit
 Christum, his verbis Pilatum & Iudæos hor-
 tantem, vt deponant vanum metum, quo per-
 cellebantur ob vulgatam regni Christi famam,
 [Audi Iudæi & gentes: Audi circuncisio, audi
 præputium, audite omnia regna terrena;
 Non impedit dominacionem vestram in hoc
 mundo. *Regnum meum non est de hoc mundo.*
 Nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes
 ille maior, cum Christus natus nunciaretur,
 expauit; & tot infantes vt ad eum mors perue-
 nit, occidit; timendo magis quam irascendo
 crudelior. *Regnum* (inquit) *meum non est de*
hoc mundo. Quid vultis amplius? venite ad re-
 gnum quod non est de hoc mundo: venite cre-
 dendo, & nolite scire metuendo.] Nimirum
 quia regnum quod non est origine humanum,
 aliud pro scopo habet quam regimen politicum:
 vnde probè coheret cum regno seculari, me-
 tam externam politiam spectante. Addit ex sua
 mente Augustinus. [Dicit quidem Propheta de
 Deo Patre, ego autem constitutus sum Rex ab eo
 super Sion montem sanctum eius: Sed Sion illa,
 & mons ille, non est de hoc mundo. Quod est

est enim eius regnum, nisi credentes in eum,
 quibus dicit, *de mundo non estis, sicut & ego non*
sum de mundo, quamuis eos esse vellet in mun-
 do. Propter quod de illis dixit ad Patrem *non*
rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à
malo. Vnde & hic non ait: *regnum meum non*
est: in hoc mundo: Sed non est de hoc mundo. Et
 cum hoc probaret dicens, *si ex hoc mundo*
esset regnum meum, ministri mei vtrique decerta-
rent vt non traderet Iudæis: non ait, *nunc autem*
regnum meum non est hic: Sed *non est hinc:* Hic
 est enim regnum eius, vsque ad finem sæculi,
 habens inter se commixta zizania vsque ad
 messem, messis enim finis est sæculi, quando
 messores venient, id est Angeli & colligent de
 regno eius omnia scandala. Quod vtrique non
 fieret, si regnum eius non esset hic. Sed tamen
 non est hinc: quia peregrinantur in mundo.]
 Est ergo hoc regnum verè in hoc mundo, non
 exclusis cælis: est autem spirituale, non tem-
 porale, ideoque dicitur non esse de hoc
 mundo.

*Eidem regno obiecta, directè &
 indirectè.*

390 Voco hanc potestatem regiam spiri-
 tualem, ab obiecto in quod directè & per se
 fertur. Neque attento fine in quem colligitur,
 dicitur habitudinem ad temporalia, sed spectato
 suo primario intento, quod est dirigere animas
 in vitam æternam, destinetur solis spiritualibus,
 docendo, remittendo peccata, leges sanctas de
 variis actibus ad salutem pertinentibus figendo,
 aliaque huiusmodi præstando: quæ est materia
 directæ huius regie potestatis, æquè ac directio
 in politicam tranquillitatem & pacem munda-
 nam, est finis per se intentus regie potestatis
 secularis, quæ propterea actibus ad eum finem
 proportionalis occupatur. Et ita quidem, vt eos
 fines transgredi non possit, quia nullæ sunt aliæ
 res in quas posset saltem immittere præter spi-
 rituales: has autem subiungere fini politico, &
 per ordinem ad eum aptare velle, nefas esset.
 Itaque potestas regia politica, planè sistit intra
 finem prædictum politicæ tranquillitatis, quam
 vt assequatur aut retineat, non potest usurpare
 tractationem functionum spiritualium. Vice-
 uersa verò Christi Regis nostri potestas regia
 spiritualis, ita distinebatur spiritualibus fun-
 ctionibus prædictis, vt quia res temporales de-
 bent deferuire spiritualibus, non è contrario;
 potestque contingere vt aliquando spiritualis
 potestatis finis deponat talem & non aliam re-
 rum temporalium administrationem, posset per
 huius finis sui occasionem, in temporalia præ-
 ter primarium intentum suum, & tanquam in
 extraneam materiam intendere, deque eis dis-
 ponere prout necessitas spiritualis finis tulisset.
 Nisi enim regia Christi potestas spiritualis id
 habuisset, non fuisset in suo ordine plena &
 perfecta; quia non potuisset, de temporalibus
 fini spirituali cui inferuire debent officientibus,
 disponere: vel ad illius finis bonum, & potesta-
 tis spiritualis debitum exercitium, ea assumere.
 Existimo autem, plerosque Christi Regis, actus
 quos Christus exercuit in res temporales alieni
 iuris, ex hac regia potestate fuisse profectos. Vt
 ficus arefactionem, immissionem Demonum
 in

in porcos asina & pulli usurpationem non petito dominorum assensu. Quod enim Tolerus in c. 1. Luca annot. 89. censet hos fuisse actus domini proprietatis supernaturalis, aut iurisdictionis regie directe temporalis ex obiecto, non placet: quia ea dominia in Christo fuisse ligata, aut voto, aut proposito abstinendi eorum exercitio, confirmatum supra ex Christi paupertate & humilitate. Unde ut diceremus actus praedictos a tali aliqua potestate esse profectos adhibenda esset dispensatio paterna, cuius nullum extat fundamentum. Commodius ergo dicitur, Christum actus illos eliciisse in ordine ad finem spiritualis potestatis, seu in ordine ad animarum salutem, quae deposebat, ut Christus iis argumentis probaret se Messiam & Dei filium: atque adeo verius est, omnes illos actus fuisse solius regie potestatis spiritualis, prout a Christo indirecte ad temporalia extendebatur. Et ita Sanderus l. 1. de clau David c. 9.

Fundamenta eius seu tituli, & quando in de progerminaris.

391 Titulus huius regni Christi, idem est qui ceterorum Christi dominiorum, cum proprietatis, tum iurisdictionis: nempe & vnionis hypostaticae, & donationis paternae, & redemptionis humanae. Primus titulus est Christo coeuius, cum pertineat ad ipsam Christi substantiam. Christus (inquit) Cyrillus catech. 10. Dominus vere existens non successione, vel prosperitate aliqua dominationem accipiens, sed naturam, dominationis habens dignitatem. Secundum titulum prout est immediate ipsius regni, non autem vnionis regnum fundantis, differendum censeo ad punctum resurrectionis Christi domini, in quo Pater filio rediit dicit, ut postulat gentes hereditatem suam, & possessionem suam terminos terrae, ut dicitur psalmo 2. qui totus est de Christi regno in generatione noua Christi, hoc est interprete S. Petro Actorum 1. ex resurrectione collato: in qua idcirco Cabasilas in Liturg. cap. 40. ait Christum factum esse nostrum Dominum. Et tunc quoque exortus est titulus redemptionis. Nam quamuis redemptio hominum consummata fuisset per Christum, mortem; tamen quia tunc Christus non erat, regnum in homines & Angelos quod debet supposito perfecto conuenire, non habuit locum usque ad punctum consecrationis cum corpore animae Christi; in quo Pater filio dilectionis suae quem a morte & inferis rediit recuperabat; filio vere prodigo, qui in gratiam patris, & ad hominum salutem, vniuersam substantiam suam ad extremam usque sanguinis guttam exhauserat; affectu humanis vocibus inexplicabili, gratulatus vitam & victoriam contulit & nonis his titulis meriti & redemptionis humanae consummata, plenum ius & dominium spirituale in vniuersam Ecclesiam, quo prius ex sola vnione hypostatica potiebatur. Tunc sane cadit in Christum bellissima illa gratulatio Davidis psalmo 44. quam de hoc Chri-

sti regno interpretatur Iulius Firmicus. l. de error. profanarum relig. c. 24. *Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna* Fuit enim vere tunc temporis, rediit Christi specie digna imperio, digna regno. Tunc illi iure dictum est, quod regnatus esset, *propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam*: ob tantum inquam studium veritatis, siue sanctimoniae in hominibus plantandae, tantam mansuetudinem in perferendis atrocissimis iniuriis, tantum iustitiae amorem in satisfactione iusta Patris cum suo exitio exhibenda. *Propterea vixit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae praefertur tuis.* Hanc ergo ob causam, spirituali regno in omnes Christi participes, donatus tunc est Christus Dominus.

Illustratur, collatione cum vitae resercente.

392 Tunc Christus vitis vera, post hybernos rigores, & putationem, & triduanas angustias reseruit, & extendit palmites suos usque ad mare: quod inuat exponere verbis Vigili in disp. Nicena cum Arrio. Probat ibi primum, Christum esse vitem, ad hunc modum. [Duo genera vinearum solet commemorare scriptura, vnam quidem bonam, fructuosam, hilarem, lactificantemque cor hominis. Nimirum dominum Iesum Christum, alteram vero Diabolum, rabiem venenamque distillantem, ut scriptum est, *vitis eorum resercentis est & palmes eorum arborum*: *uarum, furor aspidum insanabilis.* Quin & populus nomine *vitis* appellatur, & iusti subinde *vinea* nuncupantur. Simpliciter autem & absolute & distinctim, *Ego sum vitis illa vera*, de se dixit Seruator: Ne ex communione vocabuli, adnumeretur praedictis vitibus, vel cum Diabolo, vel cum vitae trullata ex Aegypto, & plantata ut faceret fructum vae, & spinas fecit. Ac propterea de se cum appendice locutus est, *ego sum vitis illa vera*, cuius fructus vita est, gaudium, pax, dilectio, iustitia, fides, sincerissima, cognitio, religio, sanctitas, grauitas, humanitas, mansuetudo, continentia, aliaque similia. Et post nomenclaturam vitis sub hiemem florens, fructificolique relinquitur contra incursum hyemis, credentissimo assultu frigoris folia nonnulla tabescientis, quae per imbecillitatem caduca a summo cacumine humi delabuntur: Sed tamen per id tempus, etiamnum vitis palmites suos retinens, hyemis violentiae non cedit. Et quamquam nonnulli ex palmitibus diuturnitate immensi frigoris laedantur, vitis tamen suo in statu permanens, cum sanis adhuc palmitibus hyemem transmittat, hyemalique ærumnas euadit. Ceterum cum vel attingerit, (hæc est nouum annum,) iam illa se putat ad Regnum peruenisse. Sed agricola de repente superueniens, cultum illi inducit principio diligenter circumspectans omnes palmites, incipit læsa ab hyeme amputare, deinde etiam sana a tertio quoque apto quatuor oculo rescindere. Vitis autem ita nudata, & icta ferro, sublimis consistit, & in caelum respiciens ad triduum lacrimatur, nacta dom-

Christus Rex super Sion siue Eccles. 175

de consolationem ex diuina prouidentia omis-
sis lachrimis; derelictis, ingenti numero, co-
pulisque palmitum ref. ondelcit, talisque apparet
qualis antea fuit, vel potius speciosior. Tum
subdit numerum ingentem discipulorum quasi
palmitum illi ante adhaesisse; atque ut expe-
rimentum de tot sectatoribus caperetur, cepere
hyberni venti, summa cacumina perficere, mul-
tisque proinde frondium instar exarulescentibus,
euenit, ut non pauci è vitali ista vitè exciderint
Adhibet longam apodofim cuius clausula est.
[Suspendentes eum fixerunt in cruce, non aliter
quam vitem in pedamento. Ille autem reli-
ctus solus, in cruce, quasi binos & ternos don-
taxat palmites retinens, manus in transfuerum
expandit; capite, pectore, & pedibus, in rectum
proctis percussus præter ceteros ictus, etiam
hasta, lacrymabatur suo sacratissimo sanguine,
quasi scatebris fontium. Post triduum verò re-
surrexit, nihil diminutus, progerminansque
sibi post resurrectionem ingentem numerum
discipulorum multo maiorem quam antea: nec
in Iudaea solum, sed & usque ad mare palmites
suos extendit, operuitque montes umbra eius,
& propagines eius cedros Dei.] Hoc planè est
dicere, Christum in resurrectione, super vni-
uersam terram adeptum esse potestatem.

*Varia scriptura, circa punctum constitu-
tum exortus regni Christi, è propostis
titulis.*

393. Tunc planè celebratam Christi Regis
inaugurationem solemnem, iunctisque accla-
mationibus, & festo hominum rediuiorum
& beatarum animarum & celestis totius quæ
tunc aderat Ecclesiæ plausu, coronationem
Christi factam, merito dicere possumus. Eam
namque, ad diem usque ascensionis non fuisse
dilatam, docet quod Christus ipse ante Ascen-
sionem, dixit, datam sibi esse omnem potesta-
tem in celo & in terra. Ex quo loco, sic argu-
mentatur Athanasius, ad calcem sermonis de
Deip. [Genitus ex Virgine, consummatis om-
nibus quæ ad negotium mortis & crucis per-
tinebant, post resurrectionem ad suos, aiebat,
data est mihi omnis potestas in celo & in terra.
Ecce iam inde regnare incepit, & prædicatur
Christianorum Rex, quemadmodum in exor-
dio precum suarum se inuicem adhortantes, at-
que in cætum conuocantes clamare solent, ve-
nite adoremus, & procidamus coram Christo Re-
ge nostro. Et illud iudem, is qui venturus est, in
magno suo & illustri aduentu permanebit regnans
in æternum, & regni eius non erit finis.] Quan-
quam in die Ascensionis, qui fuit dies trium-
phi, & ingressus solemnis tanti regis in regiam,
sedes ad dexteram Patris Christo concessa est,
non sine celebrare, & exultatione noua, quan-
ta describit Iulius Firmius loco. citato cap. 25.
ut de collato tunc sceptro & regia potestate, vi-
deatur eam accipere: sed hoc antea contigisse,
monstratum est.

Præclare de Christi ad hoc regnum inaugu-
ratione in resurrectione, dissert Gregorius Nys-
senus otas. de resurr. *sub finem*, expendens in
eam rem versiculum primum Psalmi 91. [Cum
Propheta David (inquit,) decentis status con-
stitutionem, mortis solutionem, & quondam
Theophili Raynandi Opus. Theol.

seruorum libertatem consideraret, exclamat &
enunciat, *Dominus regnavit decorem indutus est.*
Qualem cedo decorem induit? Perpetuam in-
regitatem atque immortalitatem, Apostolo-
rum cætum, Ecclesiæ coronam. Non amplius
Iudas prodit, non amplius Caiphas minatur,
non amplius Herodes ad puerum eadem ar-
matur, non indicat amplius Pilatus, neque am-
plius Israëlita, ipso potiuntur. Enim verò quod
fragile & caducum erat, factum & incorruptum.
Ideoque Psalmographus ait, *parata est sedes
tua ex tunc, à saculo tuus.* Insignia sunt, quæ
in eum Davidis locum hoc sensu acceptum,
tradunt Prosper 2. part. de prædict. cap. 3. &
Cabalas in expositione Liturgiæ cap. 18.

394. Consentit ex parte, & aliter quoque
eundem Platis locum ad hoc Christi regnum
in resurrectione partum accommodat, S. Epi-
phanius har. 69. Sic scribens num. 64. Etenim
dixit, *Dominus regnavit decorem indutus est,*
subinde illud adiecit *induit Dominus fortitudi-
nem & præcinxit se.* Vbi primum indumentum
ex Maria sumptum, posterius ubi a mortuis ex-
citus est, accepisse demonstrat: Est enim
scriptura teste, primogenitus ex mortuis: Pro-
pterea secundum hunc vestitus accuratius fir-
missimeque communit his verbis: *Induit Domi-
nus virtutem & præcinxit se.* Quemadmodum
enim qui lumbos suos præcingit, vestem ad il-
lam corporis partem diligentius adstringit, ut
ad corpus suum ætius adhæreat; ita Christus
primum decorem induisse, propter incarnatio-
nem dicitur: post ea verò virtutem, cum vide-
licet à mortuis surrexit: Ita ut non iam ad cru-
ciatus ferendos, aut verbera, vel crucis suppli-
cium humana illa natura distendat, ut de eo te-
statur Apostolus; *surrexit iam non moritur,*
mors illi ultra non dominabitur. Ob id (inquit)
præcinxit se; Cum nimirum carnem suam cum
diuinitate sociavit: idque in vnam singularem-
que personam: In spiritum diuinum, pariter &
corporeum: in vnum quidam spiritale, perfe-
ctum quod dissolui ultra nequeat. Ex his præ-
sertim postremis verbis, facile est perspicere,
quæ S. Epiphanius de incarnatione commen-
tatur, ad illa verba *decorem indutus est,* non
pertinere ad primam incarnationis effectiorem
in vtero Deiparæ: sed ad nouum exortum eius-
dem carnis vivæ & animatæ. Verbo in resurre-
ctione sociatæ (nam caro absolute, vnita sem-
per Verbo mansit,) siue compositi totalis, quod
primum in Deiparæ visceribus conditum, de-
nuo vestitum est in resurrectione. Et sanè tunc
Verbum vestitum est, non in modò mysticum de-
corem humanitatis tam multa de Deo decora
patefacientis; sed etiam physicam & realem:
cum Christi humanitas fuerit tunc speciosissi-
ma & fortissima, regnoque & imperio dignis-
sima à primo resurrectionis puncto: in quo
proinde celebrata est regni huius inauguratio.

*Adolescens secundus in resurrectione
Christus, iuxta Ecclesiastem c. 4.*

395. Planè tunc Christus, innotuit is esse,
quem sapiens Ecclesiastici 4. *adolecentem se-
cundum* nominat, iuxta Origenem & Victori-
num apud sanctum Hieronymum ibi; qui non
obscure astipulatur iisdem: & aperte Iulianus
Z ac

ac Olympiodorus, sed omnium disertissime S. Ambrosius lib. de instr. Virg. c. 12. locus sapientis, dignissimus est expensione. Præmiserat v. 13. *melior est puer pauper & sapiens, Rege senex & stulto, qui nescit prouidere in posterum; quod de carcere carenisque interdum quis egrediatur ad regnum; & alius natus in regno; inopia consumitur.* Subdit à versu 15. *Vidi cunctos vinentes qui ambulant sub Sole, cum adolescente secundo qui consurgit pro eo infirmus est numerus populi omnium.* In versu priore, nomen pueri, non designat pusillam omnino ætatis hominem, qui vix infantiam excesserit. Quomodo enim qui eiusmodi est, sapiens diceretur? Itaque puer ibi, idem sonat ac iuuenem. Nam & vox *leled* quam hic interpret per *puerum* expressit c. 11. ab eodem interprete est per *adolecentem ac iuuenem* verbis illis. *Letare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum, in diebus iuuentutis tua.* Quod eodem modo passim dicimus tres pueros formati immisissos, qui iuuenes perfecti erant erant. Ad litteram ergo sensus illius sententiæ esse videtur, sapientius plerumque se gerere Regem iuuenem, qui inconstantiam fortunæ, etiam in reum humanarum apicibus ponat sibi ob oculos, cum Reges deiici, & in carcere conclusas, sustolli ad regnum contingat. Id enim non considerare, eaque caducitate potestatis tumorem non ponere, magnæ est improvidentiæ ac stultitiæ, quam merito in Rege senex culpat sapiens. Iude verò ad aliam Regis stulti improvidentiam conuertit sermonem, versu posteriore additque, ut contingat non deiici Regem senem, tamen frequentissime accidere, ut omnes ad Orientem solem obuertantur, & iuuenem qui pro eo regnatus est, in pensus colant, superstitie etiamnum senex Rege.

396 Huic literali sensui, mysticum inædificarunt Patres. Regem enim senem, sed stultum; Satanam intelligunt, cuius dominatus, ab initio mundi ad Christum usque protractus est. Ipse quippe est mors illa, de qua Rom. 5. *regnauit mors ab Adam usque ad Moysen*; seu quandiu lex Moysi durauit. Qua item ratione S. Augustinus in psal. 48. ad illud *mors depascet eos*, mortem interpretatur Diabolum, pastorem hædorum, inferni stabulo concludorum. In sapientiam planè suam prodidit Rex esse senex, cum infirmitatem Christi non vidit eo spectare, ut nos roboraremur, & pro esse seu fortitudine nobis collata, assumptis carnem & infirmitatem, iuxta præclaram eiusdem S. Augustini ratiocinationem tract. 15. in Ioan. ad illud *fatigatus ex itinere*; Eux & Adamo, nostram ex Christo infirmitate facta procreationem, componens. Quò hac infirmitas venderet, non considerans Satan, Rex senex & stultus, fecit diuitias & non in iudicio; in dimidio diei suorum derelinquet eas. Hoc ergo Rege senex, sed stulto, Christus puer, pauper, & sapiens, longè fuit laudabilior. Recte puer (ait S. Ambrosius in fine epistolæ ad Clericos, est epistola 17. versans hunc locum;) quoniam puer natus est. Et verè optimus puer, cui dictum est à patre Deo; *magnum tibi est vocari puerum meum.* Sapiens quoque ut Euangelium docet; quia *proficiebat ætate & sapientia*, (conuenienter etiam pauper, quia cum diuites esset pauper factus est, ut nos sua inopia diceret) De eodem egregie cap. illo 12. [Hic est

iuuenis secundus, ut dicit Ecclesiastis, vidi viros quos qui uiuunt, qui ambulant sub Sole cum iuuenes secundo. Quis resurget pro eo? Quis enim pro Christo resurget, cum ille pro omnibus resurrexerit, & in illo omnes resurrexerint, cum spem resurrectionis acceperint. De Christo autem dictum liquet, quando aduersis congruere istam locum cum vel prophetia Iacob qui ait de Iuda; *quis suscitabit eum?* Non vique alter, quia ipse se suscitauit, sicut ipse ait solus templum hoc, & in triuio resuscitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corpori sui. Illud quoque verè Christo conuenit soli, quod addidit; *non est finis omni populo eius*; quia populus Christi innumerabilis, finem non habet, cum fides resurrectionis æternæ, perpetuæ vitæ acquirit atatem secundum carnem itaque, & iuuenem dictum & cadere vel resurgere dubium non est. Denique & illud attexit, *quia optimus puer pauper, & sapiens.* Pauper enim factus est, cum diuites esset. Adhibet (ut vides,) S. Ambrosius, interrogationis notam, quæ in vulgata editione desideratur; nec legit, *quis resurget sed quis resurget?* Censens allusum à sapiente ad benedictionem Iuda, quam similibus verbis conceptam habet quoque, Christo rediit apert. l. de benedict. Patriarch. c. 4. In puncto itaque resurrectionis, Christus resurgens pro omnibus, & pro quo nemo resurgit, iuxta S. Ambrosium & alios Patres adductos, est adolescens ille secundus. Regi senex & stulto substituitur, cuius populus infirmus est. Duo illa verba *adolescens secundus*, sunt locutione dignissima.

397 Verè adolescens Christus in resurrectione, sumpto *adolescens* nomine, non prout apud Philonem in Cosmop. Macrobius, Gelium, & alios pro tertio ætatis gradu supra infantiam & pueritiam constituto; sed prout idem sonat quod *iuuenem*. Non confundi in Scripturis *adolescens* cum *iuuene* & *adolescens* cum *iuuentute* S. Gregorius hom. 2. in Ezech. rectè obseruauit, ex illo Ecclesiastis 11. *Letare iuuenis in adolescentia tua.* Quomodo enim iuuenem ad adolescentiæ vitæ, vel adolescentem à vitæ iuuentutis auocaret, nisi ibi idem sonaret *iuuenis* & *adolescens*? Adolescens itaque Christus, id est iuuenis. Quo nomine vegetam & robustam optimèque constitutam & florentem corporis constitutionem, passim intelligunt. Ipsique etiam Medicorum Reges, Hippocrates lib. 6. de morbis popular. & ad eum locum Galenus, vocant *fulgorem adolescentiæ*, luculentum illum corporis florentis habitum, quem Ecclesiastes cap. 12. vocauit *lumen*, hortatus iuuenem ut Dei memineret in diebus iuuentutis sue, *antequam tenebris Sol, & lumen.* Illud inquam faciei candidæ & rubicundæ lumen, de quo Iob cap. 29. dicitur, *lux vultus mei non cadebat in terram.* Sane psal. 109. ubi Christi rediit status & potentia describitur, auctore S. Petro Act. 2. ubi nos legimus, *ex viro ante luciferum genui te*; Aquila, Symmachus, & Theodotius, consentaneè ad Hebræum textum vertunt, *tibi res adolescentiæ tua.* Rotem profert propheta tanquam benigneum Symbolum resurrectionis, quia benigne rigatu fouet plantas, ac germinare facit. Vide Isaie 26. Deum alloquens Propheta, solatur se de piorum anastasi à Deo faciendâ, non resurgentibus impiis in iudicio. *Vinent mortui tui* (ingit.)

(inquit,) *interfecti mei resurgent; quia vos lucis, vos ius, & terram Gigantum detrahitis in ruinam.* Rote lucis, seu vitæ, suos perfundit Deus quo reuiviscunt, & pro innata toti facultate subuehantur in altum. Nam rotis vis, non modò est viuifica, sed etiam vt S. Paulini vocem vsurpem, *altripeto*, ob raritatem & tenuitatem. Vnde si ouum vacuatum repleat quis rore, & imæ lanceæ ad solem locatæ accommodet, subuehitur ouum ad summam vsque lanceam. Hoc itaque rote viuifico, & altripeto, perfusus est Christus resurgens, vt meritò notum illum plures vocarit *rorem adolescentie Christi*.

398. Agit de eadem adolescentia Christi, sapiens prouerb. 30. proponens tria difficilia sibi, & quartum quod penitus ignorare se profiteatur. *Viam Aquile in celo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.* Quo loco, tamen ad litteram designetur incertum adolescentiæ, non minus imperitiū præsentationi humanæ, quam viæ aquilæ, & nauis, & serpentis supra petram nudam; (Quam multi enim qui in tenera ætate putabantur futuri Abeles, grandiores facti, transformantur in Cainos;) Tamen plerique Patrum, mysteria vitæ Christi primaria, designari ibi arbitrantur. Anastasius quidem quæst. 43. S. Ambrosius lib. de Salom. ferè 100. Beda & Lytanus ibi, *viam viri in adolescentia*, interpretantur conceptionem Christi; qui vitæ circumiit in vtero adolescentulæ. *Viam verò nauis in medio mari*, exponunt conuersationem Christi nobiscum, eiusque prædicationem. Sicut *viam colubri super petram*, voluit esse viam Christi crucifixi, per sepulchrum clausum; cum rediit ad mortuis, notas nobis fecit vias vitæ. Tandem *Aquila viam in celo*, aut esse notam Ascensionis Christi. Accommodatè tamen ad rem præsentem Isid. Pelos. lib. 1. epist. 416. *Viam Aquila volantis*, accipit de æterna Verbi generatione, de qua Iob *sciam ignorauit auis.* *Viam colubri super petram*, interpretatur de Incarnatione, qua coluber siue humanitas, immotæ rupi Deitatis, per Verbum adiunctus est. *Nauis viam in mari medio*, aptat ad ascensum Christi in Patrum carcerem. Tandem *viam viri in adolescentia* ait esse Christi resurrectionem, qua Christus verè adolescens agilis, vicens, ac florens apparuit; non vterà mortalis, nec dandus in manus impiorum; sed purissimus ac niterrimus, vt propterea iuuenearuffa sine vitio, & iugum nunquam passus, vt Philosophatur S. Augustinus quæst. 35. in Num. extra castra mactata, combureretur eum stercore suo, (omni inquam ignominia, in splendorem ignis & gloriam, commutata;) resurgens Christi typus expressissimus fieret. Eademque perpulchre Bles. serm. 46. *initio*, accommodat illud, *fieri Angelus iuxta a. a. templi, habens thuribulum aureum in manu sua.* Angelus enim testamenti Christus, ante in cruce prostratus, ante crucem red. viuus stetit, & in manu sua ac potestate deinceps habuit corpus suum, potestati impiorum subductum; quia Christo rediuuio, mors vltra non dominabitur. Hic est ille Daniel, puer iunior siue adolescens, Græcè *ναῖκος* qui Draconem interfecit, porrecta ei

Theophili Raynandi Opusc. Theol.

aque permissa massa ex pice & adipe: quæ duo binas Christi naturas optimè designant, (vt Eucher. hom. 11. de Pasch. rectè philosophatur;) vnde disruptiora vteri Satanæ, & dolores inferni per vomitum soluti, de quo egregiè Sanctus Chrysostomus hom. 24. & 38. in 1. Cor.

399. Quomodò autem Christus in resurrectione fuerit *adolescens secundus*, multipliciter exponi potest; supposito, Ecclesiastem non vocare Christum *secundum*, ratione diuinitatis vt plenè prosequitur S. Ambros. l. de instit. virg. c. 10. quia quamvis ordine originis Verbum sit secundum; non tamen ratione dignitatis, vel durationis: quia quoad hæc omnes diuinæ personæ sunt æquæ primæ. Quæ causa est, cur plerumque in scripturis, Pater Filio, & verterque Spiritui sancto postponatur, ex variis exemplis docet ibid. S. Ambrosius dicitur ergo Christus *secundus*, ratione humanæ naturæ resurgens. Nam ratione eius Apostolus 1. Cor. 15. ait de Christo resurgente, *primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis.* Præmiserat enim immediatè ante, collationem grani cum corporibus rediuuiis, quibus primum & secundum hominem expressos docuerat; allegata scriptura illa, *factus est primus homo in animam viuientem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem* subditque, *primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis*: vbi manifestè liquet consideranti texturam capitis, *spiritum viuificantem*, dici corpus hominis secundi, siue Christi, rediuuium; plerisque spirituum prærogatiuis potiens, & dans vitam mundo. Ac proinde propter suum hunc statum, Christus resurgens, sicut ab Apostolo ita à Sapiente dici potuit *homo secundus*: quia eodem florent statu corporis resurrexit, quo Adam formatus fuerat, vt iisdem lineis quibus perierat, salus humana repararetur.

Hæc non dicuntur improbabiler. Congruentiùs tamen ad sapientis locum, & acolythiam capitis philosophabimur, si dicamus, Christum rediuuium dici *adolescens secundum*, quia successit Regi stulto. *Secundus* enim sæpè pro successione accipitur, iuxta illud Ecclesiastis 4. *vnus est, & secundum non habet.* Et meritò *secundus* Christus, quia in eo tristitia & passiones, præcellerunt posteriore glorias, vt dixit Apostolus epistola 1. cap. 1. *At res secunde* ex Augustino 13. Trinitat. capite 15. & Bernardo sermone habito in Concilio Generali (pag. 1395.) latinis dicuntur res prosperæ, quia excipiunt aduersa antegressa. Ex quo Dei vsu Origenes hom. 1. & 12. in Ierem. obseruat fieri, vt semper in Scripturis præmittantur tristitia, & subiciantur prospera ac læta. Igitur Christus priùs attritus passione, factus à Deo iusto remuneratore in resurrectione Rex super Sion montem, Sanctum eius, exturbato Tyranno siue ac stulto, qui nesciuit providere in posterum; prodidit se *adolescens secundum*, & verè Regem Ecclesiæ.

*Vnitase Imperij Romani, seruitum diffu-
sioni Christi, vt & mundi duratione.*

400 Quamuis autem lex Christiana non sit solemniter promulgata nisi in Pentecoste, atque adeo post Ascensionem Christi Domini, nec ante diem sub obligatione esset; (esto, iam à puncto mortis Christi; lex antiqua fuisset antiquata;) tamen Christi spirituale regnum iam ante coeperat in Apostolis, aliisque omnibus fidelibus, qui tunc vivebant vel cum explicata Christi fide, vel cum implicita. In eos enim regnavit Christus hoc spirituali regno. Et quamuis tunc præ posterioribus temporibus, essent pauci, qui spirituali regno Christi subderentur; nihilominus constitutum iam erat & Christo traditum Ecclesie regnum; quod vt dilataretur commodius, prouisa diuinitus est vnitase Romani imperij: vt optime notarunt S. Leo serm. 1. de SS. Petro & Paulo. Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 16. Et mellitissime Eucherius in paren. ad Valeria. quem vt tanta regni Christi præcellentia cui omnia alia regna seruiunt, innotescat, placet atrexere. Ita habet num. 23.] Per fidem homini salutem dedit, statuitque vt id quàm facillimum factu esset, per quod spem orbi terræ, ac vitam mortalibus propagaret. Et vt ad ista descendam, illa aliquando externa omnia, id est nationes & regna, putasse ob aliud indictionem cessasse Romanam, & ob aliud magnam partem generis humani in vnum transisse populum, nisi vt facilius, tanquam medicamentum per corpus vnum; ita per vnam gentem fides insula penetraret; vt capiti ingesta, velociter se per membra diffunderet. Alioquin non ita cucurisset inter crebras & discrepantes ritibus linguisque gentes; nec tam longè per nouorum semper gradu obiecta transisset: Deniq; beatus Paulus, per hunc eundem populum determinans fidem, scribit se ab Hierosolymis vsque ad illuc, Euangelio Christi cuncta replesseri. Quando autem istud inter nationes, aut multitudine innumeras, aut immanitate barbaras extitisset; Inde est, quod nunc terra à solis ortu & occasu, ab aquilone & mari, Christum resonat; quod ad vitam omnia mundi latera concurrunt, dum fidem Thrax, fidem Libris, fidem Syrus, fidem receptat Hispanus. Magnum ergo ex hoc diuina pietatis argumentum est, quod sub Cæsare Octauio, cum vtrique Romana possessio serticem tenuit, tunc se Deus terris dedit. Itaque vt tua apud te proferam, cum ab ortu regni huius, centesimus & octogessimus quintus fere supra millesimum vertatur annus; quidquid vel sub illa primùm dominatione regum vetusta, vel sub illa deinde gemina administratione Consulium, Romano floressit Imperio; omnia Christi aduentui præparata, diffundende fidei prouisa, potest si quis idoneus est, auctor ostendere.] Concinit Prudentius hymno 4. peristeph. à versu 415. sic alloquens Deum.

*O factor orbis, & poli,
Atque autor horum manium
Qui scepra Roma in vertice
Rerum locasti, sanciens
Mundum quiriuali tege*

*Seruare, & armis cedere;
Vt discrepantium gentium
Mores, & obseruantiam,
Linguasque, & ingenia, & sacra
Vnus donares legibus.
En orane sub regnum Remi
Mortale concessit genus,
Idem loquuntur dissoni
Ritus tot ipsum seruiunt.
Hoc destinatum quo magis
Ius Christiani nominis
Quodcunque terrarum patet,
Vno illigares vinculo.*

401 Sic igitur profluum est dilatando Christi regno, & debilitibus principiis inchoato. Postea verò magis ac magis auctum est, augeturque etiamnum in dies, & ad finem vsque sæculi amplificabitur, nouis subinde populis ac gentibus ad fidem Christi, & subeundum eius iugum aggregatis: ita vt tunc demum destinatum sit sæculum, cum defierit alicubi de nouo insonare posse regnum Christi, nullaque imperit natio aut regio, in qua disseminata non fuerit doctrina Evangelica, nouos subditos adducens Christo. Vnde intelligimus, quod restatur mundi duratio, & que intra eam fiunt, fient omnia; nempe ad deductionem eorum qui hereditatem capiunt salutis, quia autem absque fide impossibile est placere Deo, prouide Christus non prius mundo finem & sæculum series clausulam apponi volet, quam fidei tuba vbiuis insonuerit; & increduli sint inextinguibiles. Qua eadem ex causa, vt fides Christi vbique gentium commodissime disseminaretur, & omnem terram exiret citius sonus annunciantium aduenisse Deum in terras, prouisa est initio eius vnitase Romani imperij vt supra ex S. Leone, Eucherio, ac Prospero, & Prudentio obseruabam; Hoc si spectarent magna ille mures, interprete S. Basilio in cap. 10. Eliaz; illi inquam terræ ac terrenis affixi, qui præ temporalibus æterna caleat, & ei quam proposuit tam habent paucorum dierum excelatati; pol habent maiestatem regni Christi, aut etiam eius salutem & conseruationem; ne illi, finem mediis non postponderent; absurditate longè perniciosiore, quàm qua boues post aratrum ab incondito agricola iungerentur. Sed ad rem.

Quod dixi de mundi clausula, tunc apponenda cum regnum Christi fuerit vniuerso orbe prædicatum, certum est ex multis scripturis. Idque signum secundi aduentus Christi, maximè omnium videri certum debere, affirmat Augustinus epist. 78. & 80. nec non D. Thomas in 4. disp. 4. 3. quæst. 1. art. 1. & ex illis A. costa lib. 1. de tempor. nouiss. cap. 16. adducens & vrgens illud Matth. 24. *Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio.* Quæ verba tamen à S. Hilario caro 25. in Matth. & Chrysostomo homil. 76. in Matth. accipiuntur de consummatione vrbis Hierosolymitanæ per Vespasianum & Titum; tamen præcipue ac propriè intelligi debent de orbis vniuersi consummatione, & præuia ad eam prædicatione per totum mundum; vt rectè interpretati sunt Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Prosper, Damasc.

Christus, Rex super Sion, siue Eccles. 179

Damascenus, & Autor imperfecti, quos appendit superius à Costa. Et alios quoque in eam rem graues Doctores, annumerat Suares tit. 2. 3. part. disp. 56. sect. 1. Quare dura voluntur secula, & quousque siniantur lux & tenebrae, spirituale hoc regnum Christi non est planè pacificum: quia non omnes inimici sunt deleti, plerisque adhuc lumini rebellibus; aliis etiam si fidelibus, tamen quoad mores Satanam nondum ligatum, & necdum carcere pressum, in ruinam suam sequentibus, aduersus edicta Regis optimi Christi. Sicut tamen nemo idcirco negauerit, nunc esse in Ecclesia regnum Christi spirituale, ita initio ante factas tot regnorum secularium & principatum ac imperiorum accessiones ad Christi imperium, erat verè regnum Christi: sed limitibus angustioribus circumscriptum, praesertim ante Pentecostem.

Decora, regni Christi spiritualis, ac prius obiectiua extensio.

402. Prærogatiua regni huius aliis Christi dominis communis, ducta ex obiectiua extensione, & fundamento seu titulo, ex duratione, & stabilitate, sunt admodum protirata. Delibabo de singulis selectiora quaedam. Obiectiua extensio tanta est, vt ad eam non Angeli modo, iuxta dicta initio, sed omnes planè gentes, & populi, ac imperia pertineant: sin minus de facto, quibusdam nondum edomitis, vt de iure. Inde enim est, quod nullo in regno, claudi possunt fores, aduentibus ad illud Euangelicis concionatoribus: fasque est, eam repullam armis vlceisci, vt dicitur cum de fide. Ortum quoque hinc habet, obligatio omnibus iniecta ad audiendam Christianam doctrinam, eiusque sacra capessende. Quas obligationes non iniiciebat lex Moisaica, quia Moysi praefectura verius quam regnum, non potiebat iis finibus extensionis, quibus regnum Christi etiam spectato solo iure. Ab hoc regno nulli gloriosi nulli quantumvis sublimes, sunt exempti. Omnes subiecti filio voluit Pater omnes grauissimè contestatus est Dauid Psalm. 2. vt intelligerent, & erudirentur, seruientes huic Regi cum gaudio, & exultantes ei cum tremore, condientes scilicet ac temperantes gaudium de tanti Principis felicissimo dominatu, metu excidendi à tanta felicitate, in tam multis hostium agminibus, tantaque eorum cum superbia, tum obfirmatione in nequitia. Hos diuites dandas esse Christo pro obiectione mortis & sepulturae, praedixerat Elaias. *Erunt Reges nutriti tui, aiebat ad Christi Ecclesiam, hoc est ad Christi regnum, Elaias cap. 49. & Regina nutrices tuae, vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Hoc quotidie videmus, fremenribus & rabientibus licet maiestatis Christi osoribus, Christum in suo Vicario honorantibus Regibus, & ad pedum oscula, & verendam humum quam calcant, admitti pro beneficio ducentibus. Consulendus qui de osculo pedum Pontificis iustam volumen edidit, Iosephus Valentiùs, & Genebrad. anno Christi 44. ac in fine saeculi tertij. Hoc tot Imperatores & Reges, stratorum officio Pontificibus eadem ex causa functi, vel equitantibus pedes, & equi frena aperto capite tenentes, pra-

stiterunt. Notum quid Luitprandus Rex Longobardorum, & Pepinus Rex Francorum; hic Zachariae, ille Stephano honoris detulerint. Videtis Stapletonium lib. 2. de magnit. Rom. Ecclesiae cap. 4. & Bosium lib. 2. de signis cap. 4. & 5. sic sibi Christus Reges subiecit; sic hanc veluti hederaceam speciem, aut cucurbitae umbraculum, vermis hic antelucanus atrosit: & quod stupore plenum est, absque strepitu & armis. Imo resistentes & ferro ac igne armatos, inermis attriuit.

403. Omnes praeterea nationes, quantumvis indomabiles externis armis, quantumvis miti sub iugum nescias, Christus Rex, regno suo aut iam adiunxit, aut adiungit in dies; semperque adiungere & subigere perget, ad orbis vique extremum finem. Significatum id ad Elaiam cap. 45. perillustri loco quem late versat Cassianus lib. 4. de Incarn. à cap. 9. sic autem habet. *Labor Aegypti, & negotatio Aethiopiae, & Sabaei, vires sublimes ad te transibunt, & tui erunt; post te ambulabunt vineti manicis pergent, & te adorabunt, regne deprecabuntur; quoniam in te est Deus, & non est praeter te Deus. Tu es enim Deus noster, & nesciebamus, Deus Israël, saluator.* His verbis hanc praeter ceteras glossam adhibet. Cassianus supra cap. 11. [In his diuersarum nationum vocabulis, aduentum crediturarum gentium significari nomen dubium est. Transisse autem ad Christum gentes, negare non vales: vt potè quae nomine Christianitatis indepto, non fide tantum ad Dominum Iesum Christum, sed etiam ipso nomine transierunt. Qua cum idem quod sicut vocentur, factum est quod erat fidei opus, nominis Sacramentum. *Ad te* (inquit) *transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt vineti manicis pergent.* Sicut sunt vincula correctionis, ita sunt vincula Charitatis: secundum quod ait Dominus *attraxi eos in vinculis Charitatis*; quibus qui alligantur gaudent catenis suis.]

Agnoscent ergo omnes haec gentes ditissimae, opulentissimae, nobilissimae, fortissimae; agnoscent inquam Christum Deum & Regem suum, eique adorabundae subdentur: nec sine gaudio de tanta subiectione. Et huius Israël, Christus Saluator, appellari Rex & Princeps non aspernabitur. Quo pacto S. Augustinus tract. 51. in Ioan. accepit verba illa turbarum de Christo, *benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël.* Nominis quippe *Israëlis*, omnes credentes & fide contuentes Deum, ex mente Spiritus sancti sunt ibi significatis stipulante Apostolo Romanorum 9. Sicut nomine *Iudaorum* teste Apostolo, non ij tantum qui in manifesto sunt Iudaei appellati, sed & qui interius Iudaei sunt, & circumcisi animo, designantur: vt plenius profecquitur S. Augustinus Psal. 75. *initio* Ceteroqui enim non magnum fuisset Christo, nominari Regem Israël.

Hanc obiectiuam extensionem regni Christi, celebrant infinitae praeterea scripturae. Mentiti quidem aliquando sunt Donatistae, sinibus Africae conclusum esse Christi regnum. Sed tot eos machinis Scripturarum appetiit, & euertit funditus S. Augustinus, priore parte tomi 7. passim; & frequentissime in tractatibus ad populum, & in expositione psalmorum, ac pulchre de pastor. c. 15. & seqq. at superuacuum videatur.

tur, quicquam in particulari notare, nisi id vnum quo omnia continentur; nempe regnum hoc, ecumenicum & vniuersale esse, omniaque planè comprehendere; quanta nulla vnquam fuit regni vilius vel imperij protensio: vt merito de Romano imperio quod constat fuisse amplissimum & latissimè fuissem, dixerit Prosper carmine de ingratissimis, minis occupasse & tenuisse armis & temporali potestate, quàm religione teneat spirituale Christi regnum, cuius regia, Roma locata. Videtis de hac amplitudine & extensione plenè disputantes Thomam Stapletonium lib. 1. de magnitudine Rom. Eccles. cap. 3. & 4. & Bosium in opere de signis. Titulum Regis Regum Christo in scripturis tributum, de hoc regno accipit Orig. hom. 12. in Num. tractans illud de puteo, quem Christum esse exposuerat, foderunt illum Principes, exiderunt Reges. Hoc quippe Reges, ait esse quorum Christus Rex dicitur, præsertim quidem Apostolos, insuper etiam omnes fideles.

Sapientes seculi, aduersus Christi regnum frustra comiti, tandem subacti, & quidem per idiotas.

404 Spectat verò ad præcellentiam regni Christi ex parte obiecti, quod non modò diffusissimum est multitudine ac numero diuinitum, & potentum secundum carnem; sed etiam Sapientum disertissimum: tametsi doctrina Christi naturalem rationem aded superat, vt carneis oculis eam contuenti, stultitia videatur. Sed in hoc elucet vis & potentia Regis nostri, quod oculare potest hebetes visus, & ad contuendam veritatem tametsi abditam, externa specie despicabili, lyneceos reddere. Sanè petruditi viri & omni scientiarum humanarum genere excultissimi, in Christianæ Ecclesiæ exagitationem, libris conscriptis incubuerunt; sed irritò nisu. Egregie de more id suspicit S. Chrysostomus lib. de S. Babyla contra Gentiles. [Philosophi (inquit) ingeniosi, item Rhetores, opinionem multam cum apud plerosque habent; illi seueritatis, hi eloquentiæ gesta aduersus nos pugna, ita ridiculi euasere, vt visi fuerint nihil prorsus à nugantibus pueris discrepare. Ex tot enim gentibus, ex tot populis, non sapientem aliquem non insipientem, non virum, non mulierem; sed ne puerulum quidem, à sententia suadendo deducere potuerunt: quin potiùs tantus risus ex his quæ illi contra nos conscribere exortus est, vt vel seorum libri iam olim exoleuerint. Ex quibus etiam complures, simulatque editi fuerunt, funditus deperierunt. Sicubi autem saluus aliquis comperitur, hunc penes christianos saluum inuenies. Tantùm abest, vt ab illorum in nos insidiis, detrimentum aliquod reformidemus. Sic irridemus multiplices eosdemque superuacaneos, illorum aduersum nos conatus. Neque enim si adamantina atque immortalia nobis corpora inessent, scorpiones, serpentes, ignem, manibus constringentes; timeremus: quinimo & huius rei periculum vulgo ostentantes, faceremus eadem ratione. Ne ipsi quidem posteaquam animas nostras fidemque in nobis tantam stabilierunt Christus, hostium nostrorum venenis petiti, timemus. Nam si nobis impera-

tum est super serpentes ac scorpiones, super omnem item Diaboli tyrannidem ambulare; multo magis super lumbricos, & scarabæos. Horum enim librorum ab aduersariis religionis nostræ conscriptorum nocumentum, tali intervallo dissidet, si eos compares cum mali illius in nos demonis insidiis.]

405 Non irritò duntaxat nisu sapientes seculi in Ecclesiam sunt bacchati, sed etiam absorpti sunt iuncti Petre, vt S. Augustinus pulchrè philosophatur in psal. 149. Quàm multi inde philosophi, vt verè sapientes euaderent, stulti secundum seculum facti, Christum Regem venerati sunt, eique colla submisserunt? Testes Dionysius Areopagita, Iustinus, Gregorius Neocas, Atrobis. Et ij quidem per quos primùm plantata est Ecclesia, rudes erant & illiterati: Quod prouidentissimè factum fuisse, Origenes annotauit lib. 1. contra Celsum, non prouidit à fine, & egregie lib. 3. ferè in fine, vbi quod oratione huiusmodi incompta mutati sunt homines, & ex pessimis facti sint probis, sic suspicit. [Nec mirum composita & ornata Philosophorum facundia motos, mutasse vitam quos iam diximus. Cum verò consideramus sermones (vt Celso videtur) idioticos, haud seorsim ac incantationes, plenos efficacia, & agminatum retrahentes multitudinem à luxu ad honestatem, ad aequitatem ab iniustitia, à timidine ad tantam constantiam, vt amore pietatis etiam mortem nihili faciant, non merito de mirabimur tantam potentiam? Namque doctrina eorum qui primi laborauerunt in constituendis Ecclesiis ipsaque prædicatione, habuit quidem suadebam, at non quidem sicut professores sapientiæ Platonice, aut alterius hominis, nihil supra humanam naturam habentis; sed fuit Apostolorum Iesu persuasio, data diuinitus per fidem inspiratam efficax. Quapropter celerimè cucurrit eorum prædicatione vel Dei potius ipsorum ministerio transformans multos natura peccatores, & assuetudine, quos nemo hominum mutasset penitus quantilibet. At Verbum Dei recudit eos formatos iuxta voluntatem suam.]

Egregie de adhibitis à Deo idiotis ad orbem erudiendum, Chrysostomus hom. 3. in 1. Cor. [Quando inquit Græci acculauerunt discipulos, tanquam literarum ignaros & imperitos, non plus quàm illi ipsos acculamus. Neque dicat quispiam, quod sapiens & doctus erat Paulus, sed eos qui apud illos sunt magni, & in admiratione habiti, extollentes propter sapientiam eos qui sunt apud nos, dicamus fuisse rudes, & imperitos. Non parum enim in hac quoque parte eos deiciemus ita enim erit præclara de eis victoriæ. Hæc autem dixi, quoniam audiri quendam Christianum, cum Græco ridiculè disceptantem, & vtrumque in ea quæ inter ipsos exitit concertatione, sua infirmantem ac conuellentem. Quæ enim oportebat dicere Christianum, ea dicebat Græcus: & quæ Græcum erat dicere consentaneum, ea afferbat Christianus. Nam cum esset quaestio de Paulo & Platone; Græcus quidem conabatur ostendere Paulum esse rudem & imperitum; Christianus autem ob simplicitatem, studebat probare Paulum esse Platone doctiorem, & discretiorem. Ita autem Græcus esset victoriæ consecutus, si hæc vinceret oratio.

ratio. Nam si Platone doctior & eloquentior
esset Paulus, consentaneum esset multos con-
tradicere, quod non gratia superasset, sed elo-
quentia. Quamobrem faciebat pro Græco quod
dicebatur a Christiano. Faciebat autem pro
Christiano, quod dicebatur a Græco. Nam si
imperitus erat Paulus, vicit autem Platonem,
pæclara (sicut dixi,) fuit victoria. Artep-
tis enim omnibus illius discipulis, persuasit, & eos
ad se adduxit, unde fuit perspicuum, quod non
humana sapientia fuerit prædicatio, sed Dei
gratia. Ne hæc ergo nobis accedant, & iridean-
tur, cum Græcis disputantes, quando nobis
cum illis fuerit certandum; tanquam indoctos
accusamus Apostolos. Ipsa enim accusatio, est
encomium. Et quando dixerint agrestes fuisse
Apostolos, nos addamus & dicamus, eos fuisse
imperitos, & illiteratos, & pauperes, vilesque, &
abiectionis, & insipientes, & obscuros. Non sunt
hæc in Apostolos maledicta, sed eorum gloria:
quod cum essent huiusmodi, toto terrarum orbe
fuerint clariores. Illi enim rudes, & greges, &
imperi, expugnaverunt sapientes, & potentes, &
Tyrannos, & qui gloriabantur diuitiis, & gloria,
& omnibus externis, petinde ac si non essent
viri.]

406 In eandem sententiam optimè item
S. Augustinus in psal. 65. ad v. 1. agens de Natha-
el. [Hinc asfirmatur doctus ille in lege fuisse,
quia non est electus inter discipulos, ab illo qui
iusta mundi prius elegit, cum tantum ei perhi-
beret testimonium Dominus dicens, ecce verè
Israelita, in quo dolus non est. Elegit ergo Domi-
nus postea & oratores, sed illi superbirent si
non prius eligeret piscatores. Elegit diuites, sed
dicerent merito diuitiarum suarum se electos
esse, nisi prius elegeret pauperes. Elegit Impera-
tores postea; sed melius est ut Romanus cum
venerit Imperator deposito diademate ploret
ad memoriam piscatoris, quam ut piscator plo-
ret ad memoriam Imperatoris. Infirma enim
mundi elegit Deus ut confundat scitia, & igno-
bilis mundi elegit, & ea quæ non sunt tanquam ea
quæ sunt, ut ea quæ sunt euacuentur. Et quid
sequitur? quid ait conclusit Apostolus, ut non
gloriatur coram Deo omnis caro.]

Prædicatores igitur & satores Euangelij, ru-
pices erant, & illiterati supra omnes. Qui verò
adiungebantur Christi regno, sapientissimi ple-
rumque & liberaliter eruditissimi erant. Hoc ve-
rò est per asini mandibulam contundere Philis-
teos, ut dicit Rupertus in Iudices cap. 19. &
Beda in 1. ad Cor. 1. describens Augustinum in
fragmento sermonis de quinquages. resurrect.
Domini.

407 Insigniter hanc per Christum in sæcu-
li sapientibus mutationem, suspicit S. Paulinus
epistola 29. quæ est prima ad Aprum, agens de
huius ex Caulidico & Iudice sæculari, ad Chri-
stum translatione, concluditque in hunc mo-
dum. [Quare si quid humani sapiunt,] qui in-
fisciantur animo, quem figura præferunt homi-
nem, admittuntur in te & laudent Deum, & hanc
beatissimam immutationem mentis ac vitæ tuæ,
non existiment errorem stultitiæ tuæ, sed Sa-
pientiæ Dei esse virtutem intelligant. Quanto
enim prudentiorem te ceteris, & doctiorem
fuisse meminerunt, tanto euidentior iis esse de-

bet, operatio potentie Dei: quia prudentem
sententiæ suæ cursu, vel statu non potest fletere
nisi summa ipsa sapientia, quod est Christus
Deus virtutum virtus, & mens mentium. Domi-
nus maiestatis, brachium excelsum: in quo dis-
persi superbi, (ut scriptum est,) à mente cor-
dis ipsorum, depositi potentes de sede, & exal-
tati humiles: quo brachio, id est Christo, esu-
rientes implentur bonis, & inanes dimituntur
diuites. Quod & in te cernimus agi. Respice
enim in temetipsum, & hæc utraque quæ deicit
aut extollit Deus, in te eodem inuenies. Destru-
ctus es à superbo, assumptus in humilem; depo-
situs ab iniqua potentia sede, ut in pacis atque
iustitie folio locaretis. Inanitus es à diuite, ut
diteris in paupere, & ab illa superuacua disten-
sionis saturitate vacuatus es, ut veris pie pau-
peratis bonis, impleris eluriens iustitiam: ubi
nunc tu ille es aliquando terribilis, vel pro tri-
bunalibus aduocatus, vel in tribunalibus Iudex?
Vbi tunc illa ceruix, tunc verius (ut nunc de te
mentis es) tauri pinguis: quomodo facta est
docilis ac tenuis in iugo Christi, & quo conue-
sus ingenuisti, & beneplacitum est in te Deo,
sicut super vitulam nobellem? Deposita cer-
uicæ tauri, fractus es in mansuetudine bouis il-
lius qui agnouit possessorem suum. Beati oculi
eorum qui hæc in te Dei mirabilia conspi-
ciunt.]

408 Posterioribus verò sæculis, quantas
eruditorum (non dicam centurias & pauci ma-
nipuli, sed myriades in hoc Christi regno velut
astra micantissima nomen ignorantia depule-
runt? Prostant innumeri, apud eos qui iusta vo-
luntate de Scripturis Ecclesiasticis ediderunt,
sacroque apparatus: quibus etiam si spissis volu-
minibus, vix quartam Doctorum partem con-
stat comprehensam. [Qui ergo eruditus (inquit
Chrysostomus hom. 3. in 1. Cor.) non opus ha-
bit ab initio, si postea accepit disertus, non fe-
cit tanquam indigens, sed tanquam non discer-
nens, nec ullam ponens differentiam. Quomo-
dò enim non egebat Sophists ad ea recte ge-
renda quæ volebat; ita nec postea inuentos, pro-
pterea expulit.]

An de his sapientibus, an de perfectis virtu-
tum præstantia, an de virtutis accipiendum est
quod Balaam de Christo prophetans, dixit, in-
terprete Origene hom. 17. in Num. [Ipsa est
(ait de Christo Origenes, sub finem homiliae
citata,) de quo dicit, Exibit homo de semine
eius, & dominabitur gentibus multis, & exaltabi-
tur Gog regnum eius, & crescet regnum eius. Deus
deduxit eum ex Aegypto, sicut gloria unicornis.
Quid est autem quod ait, exaltabitur Gog,
Regnum eius. Gog super testam interpretatur,
& in loco isto non pro gentis alicuius nomi-
ne, (ut putant) positum est, sed ut in aliis
nonnullis, ipse sermo Hebræus non inter-
pretatus relictus est. Et ob hoc quasi de gesti-
te aliqua dictum videretur. Est ergo sermonis
consequencia talis, & ex. habetur super testam
regnum eius, & crescet regnum eius. Exaltabit
autem super testam, de perfectione creden-
tium dicitur. Crescere autem, ad multitudi-
nes refertur. In iis ergo qui perfecti sunt, su-
per testam exaltatur regnum Christi, id est su-
per eos etiam qui in supernis sunt, & in sa-
perioribus

perioribus habitant. Sunt enim fortassis aliqui etiam in cœlestibus, à quibus plus proficiant & alius exaltentur ij qui in regno Christi sunt. Et ideo etiam credo, ipse Saluator dicebat, *qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo*: monens ut ij qui ad excellentiam perfectionem venerunt; non iterum ad mundi huius, qui nunc *domus* appellatur, humilia & abiecta descendant. Sed & illud quod ait, *quod audistis in aurem, super tecta predicare*, ad hoc nihilominus respicit. Sic ergo exaltatur super Gog regnum eius, & crescit regnum eius. Crescit enim dum multiplicatur Ecclesia, & fidelium numerus augetur, & in tantum crescit regnum Christi, usquequo ponat pater inimicos eius sub pedibus eius; Sed & nouissimum inimicum destruat, mortem.]

Non est omitrenda in eadem obiectiua regni Christi præcellentia, quæ in aliis regnis agere cernitur, subiectio iudiciorum & voluntatum. Plerique omnes populi, regibus suis, exterius quidem obediunt, aut metu impendentium malorum si iugum detrectent, aut docti diligere tritum. Ut autem consensio iudiciorum interueniat, & quod regi mandanti visum, est subditis ardeat, eorumque iudiciis comproberetur, est infrequentissimum. Ut verò oderint dum metuunt, & gementes stidentisque excipiant onera imposita, tam testatum est experimentis multiplicibus sculorum omnium, ut non sit probatione opus. Regnum Christi sicut spirituale dicitur, & est; ita non externa duntaxat observatione contentum, ad arcem animorum; intellectum inquam & voluntatem peruenit. Et facultates omni humana potentia insuperabiles, ipsique Satanæ per vim inaccessas, ad salubrem deditioem, non tam adigit, quam suauissimè, etiam si fortissimè pertrahit. Dicendum hac de re infra vberius, tractando humanorum cordium autigationem per Christum. Quod item ad hoc punctum de obiecto pertinet; nempe de licita extensione huius regni potestatis Christi ad temporalia, cum potestates regni seculares solis temporalibus distineantur, nec vnquam possint per se ipsas tractare spiritualia, iam tractatum est superius in fronte capitis.

Cautio circa extensionem, de qua hætenus.

409 Sic se habet extensio obiectiua regni Christi. Duntaxat cauendum est vnicuique nostrum, ne per abusum libertatis diuinitus induitæ, excutiamus tantum principem, dicamusque cum refractariis illis, *nolumus hunc regnare super nos*, Regem nobis potius statuentes Satanam. [Et puto (dicam enim cum Origene homil. 12. in Numer.) quod non debeas mirari, quod cum dixerim Regem: cum audias & iam ipsum Dominum & Saluatorem nostrum, in Euangelis de eo dicentem, *Eccce nunc venit princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam*. Et iterum ecce nunc princeps huius mundi mittetur foras. Si ergo totius mundi princeps esse in Euangelis dicitur, non debet absurdum videri, si Seon Regi Amor-

rheorum, vel etiam aliis quibuscumque gentium Regibus, compareretur. Princeps autem dicitur mundi, non quia creauerit mundum; sed quia multi sunt in hoc mundo peccatores. Peccati autem quia ipse princeps est, ideo etiam mundi princeps appellatur est. In iis videlicet qui nondum relinquentes mundum, conuertuntur ad Patrem. Secundum hoc enim etiam illud dicitur, quia *omnis mundus in malo positus est*. Quid enim nobis prodest dicere, quia princeps noster Christus est; si rebus & operibus arguamur, quia Diabolus principatum tenet in nobis? Aut non palam est, sub quo principe agat impudicus, incestus & iniustus? Nunquid potest huiusmodi homo dicere, quia sub Christo positus, hæc ago, etiam si sub Christi nomine censeri videatur? In quo Christus principatum gerit, nulla ibi immunditia, nulla iniquitas geritur; nec habere aliquem locum potest iniusta cupiditas. Eiusmodi igitur sumus, si non frustra de Christi principatu gloriamur, eiusque regnum extensum non imminuimus, sed illibatum ac integrum, volumus.

Aliud decus spiritualis regni Christi, penes titulos.

410 Venio ad prærogatiuam huius regni Christi, penes titulum; quæ est hoc loco planè eximia. Nam alia regna, miseria & infelicitate, quæ subditorum sub iugum missorum, quæ militum regi & in re operam nauantium, in regem potestatem ferè veniunt: ut propterea Theophilactus orat. de cruce, affatus Imperatorem dixerit; [Cogita puterum alium esse bonum, & sanguine manans: cum enim milites tibi circumdant.] De Christi regno alia planè est ratio. Originem enim habuit ex ipsa Christi constitutione, per vniorem humanitatis ad Verbum, factam in eum finem, ut homines per Christi directionem vitam haberent, & abundantius haberent. Et ideo regis Aaronis corona, vocabatur *Sanctificatio*: audi S. Cyrillum lib. 11. de ador. [Facies laminam auream puram, & celabis in ea celatura sigilli *Sanctificatio Domini*, & impones illud in hyacinto torta; & erit super mythram ante faciem mythræ. Et erit in fronte Aaron; & portabit Aaron peccata sanctorum, quæcunque sanctificauerint filij Israël, omni, domus sanctorum ipsorum. Et erit in fronte Aaron perpetuo acceptabile ipis coram Domino. Ex hyacintho, igitur mythra. Lamina verò aurea est. Illa autem celatura atque descriptio in ea exarata, ipsum Christi mysterium erat: & eius in mundum hunc missionis euidentis prædictio. *Sanctificatio* (ait) *Domino*; non sanctificatum se esse à Deo & Patre perspicue dicit manuel? Igitur cum se à Patre, & Deo sanctificatum esse filius dicit, sed tanquam electum esse mysteriumque significat. *Sanctificatio igitur Domini* (inquit) id est, in hunc mundum legatio ac nullo sed ad regnum tamen & gloriam: Sic enim consecretat ipsum Aaron, dum in eius fronte aureum circulum ponit. Vniuersorum autem Dominus est atque Rex Christus, & secundum naturam & secundum participationem regnum

Christus, Rex super Sion, siue Eccles. 183

regnum accipit quod ad humanum habitum pertinet, licet iam inde ab initio, eiusdem cum Deo & Patre confessus particeps esset, & simul cum eo, Dominus omnium ac moderator iam verò intellige, quamam modo mythram ex hyacintho habuerit, cui insigne regni præclarum inest; lamina inquam aurea. Est autem hyacinthus, cæli signum. Recordare igitur Christi dicentis, *Regnum meum non est de hoc mundo*. Neque enim Christus, Rex terrenus sed cælestis est, vniuersamque creaturam sub pedibus habet. Satis de præcellentia primi tituli regni Christi.

Accessit Patris donatio, cuius voluntas instituta ipsa est, & vis ex redemptione, quo nullum æquius, ac denique ipsorum subditorum lubentissima concessio. Acceptantur enim Christi regnum, &que ei subijci, non consenserunt modò, sed etiam quamuis alij tituli decissent, vltro se illud subituros, professi sunt. Hæc tamen concessio & professio, non est reuera titulus huius regie potestatis: quia est supernaturalis, nec potest ab hominibus dimanare, vt Suarez de Ecclesiastica potestate rectè demonstrat lib. 4. de leg. cap. 2. num. 10. Quanto minus ergo potestas Christi regia, cuius potestas Ecclesiastica non est nisi fuit permodicus, aut quasi stillidium? Ob prædictam originem, & finem quem origo illa & titulus respicit, tanta sunt Ecclesiasticæ potestatis in Christi ministris & dispensatoribus vigentis elogia, vt Gelaf. cap. duo sunt dist. 99. Pontificam potestatem regiam præstare dicat, æque ac aurum plumbo. Innoc. autem cap. solia de maiorit. & obedientia, eam esse asserat solem præ luna. Vt taceam infinita quæ in hunc rem habent Chrysostomus ser. 15. in 2. Cor. in morali, & hom. 4. & 5. de verbis Elia; alique apud Suares 4. de leg. c. 4. & apud Petrum Gregorium lib. 15. Syntag. c. 1. nec non apud Maucclerium p. 4. de Monarchia lib. 1. c. 2. Quid ergo de Christi regia potestate spirituali, quæ fons est totius spiritualis Ecclesiasticæ potestatis, præ quamvis regia temporali potestate prænucliamus?

Duratio eximia eiusdem regni.

411 Iam duratio huius regni Christi, à primo puncto conceptionis, per totam æternitatem, quàm latè patet, protenditur. Neque enim Christus, etiamsi nunc à terris absit, regnare in Ecclesia desinit. Et habet quidem sub præfectos singulos Episcopos, & Generalem locum tenentem suum, in toto terrarum orbe, humanum Pontificem: Ipse tamen solus, est Rex spiritualis in hoc regno: ceteri sunt ministri, & dispensatores mysteriorum vt 1. Cor. 4. pronunciauit Apostolus. Vnde regnaturum Christum in domo Iacob in æternum, & regni eius non fore finem, pronunciauit Gabriel. Quam alibi infinitus regnum, hic domum nominari voluit Spiritus sanctus; cum ob Analogiam multiplicem domus & Ecclesiæ latè ac sigillatim expressam à S. Bernardo serm. 46. in Cant. & alter etiam à Sanderò lib. 1. de clauè David cap. 1. tum ob morales rationes quas prosequitur. Toletus in c. 1. Lucæ annot. 90. apud quem etiam latè exponitur cur hæc domus, dicatur potius domus Iacob, quàm Isaac, aut Abraham.

Thoph. Raynaldi de Attrib. Christi.

In hac igitur domo, & in hoc regno, Christus Rex in æternum regnabit: ita vt ne post multorum quidem circulos sæculorum, regnum Christi sit finendum vt blasphemar Origenes, latè & Scripturis & ratione confossus à Theophilo Alexandrino lib. 2. Pasch. Nec in fine mundi, vt in Marcello Anerano latè carpit Eusebius, præsertim lib. 3. à cap. 15. Et humanorum quidem regnorum ac principatum: & sunt vicissitudines & caducitates, vt vni vel alteri monarchiæ, stetit per aliquot sæcula, inter magnos turbines & fluctuationes quibus ferè supersunt quassata atque contrita, pro miraculo habeatur. Imperij sanè Romani per breuem periodum Stapletonius lib. 1. de magnit. Roman. Ecclesiæ cap. 5. exhibet. Anteriora regna æstuariis ferè confert Philo lib. de Dei immutabil. & lib. de somniis, & lib. de Ioseph. Solum regnum Christi, ad finem vsque sæculorum, tantumne & etiam ad totam æternitatis protensionem est duratione diffundendum. Pertinet huc mysterium de *Mem clauso*, quo præsignatam regni Christi æternitatem ab Elia cap. 9. verbis illis quæ vulgatus vertit, *multiplicabitur eius imperium*, grauius DD. tradiderunt, quos appendit Pineda l. 5. de Salom. c. 4. n. 4.

412 Nec Apostolus 1. Cor. 15. finendum cum orbe, Christi regnum, significare voluit cum dixit. *Primitia Christi, deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt*: Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus eius. Nouissima autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Non inquam his verbis Apostolus, euacuandum in sæculi fine regnum Christi significare voluit. Illud enim donec, vt S. Chrysostomus in psal. 109. rectè obseruat, versans hunc Apostoli locum, & alium similem ex psalmo prædicto, & S. Ambrosius in Institut. Virg. cap. 5. nec non Cyrillus Hierosol. catech. 15. sub finem, ac denique Eusebius lib. 3. contra Marcellum cap. 14. nequaquam sonat desitionem regni Christi, postquam in initios plenè subiecerit, regnumque suum plenè pacauerit sed tantum sonat, quod regnabit quousque subiecerit inimicos suos: non exclusa tamen prærogatione regni ad vltiora tempora. Estque illum productæ particulæ vsum in Scripturis non nouum, liquet ex S. Hieronymo Math. 1. ad illud donec peperit. Versat hunc locum, & regno Christi perpetuo non officere, contra quendam Gelatam eo abutentem, hoc est Marcellum Ancyranum, demonstrat Cyrillus Hierosol. catech. 15. sub finem. Videndus item S. Ambrosius 5. de fide cap. 6. Sed plenè Eusebius lib. 3. contra Marcellum à cap. 15. & optimè Gregorius Nyssenus integro in eum locum libello, occasione Arrianorum, subiectione per Paulum ibi Christo tributa, abutentium ad Verbi diuini potentialitatem & finitatem inuehendā. Verum quippè illius sensum quem prodit, ex serie ductum alia omnia ferè, nec veritati vlli Catholice officere, monstrat Nyssenus.

A a Summa

Summa est, Apostolum eo loco propositum habere, persuadere Corinthiis veritatem future resurrectionis; in qua non nutabant, sed planè increduli erant, quamvis reliquam Christianam doctrinam combibissent. Hunc errorem ut convinceret Apostolus, admirabilem variorum seminarum vim proponit, cuius interuentu Deus vis quæ non sunt esse præbuit, voluntate sua visus pro eiusmodi rerum materia. Indè autem inferri voluit Apostolus, quanto magis possit Deus quæ præfuerint reformare; & renovare ad esse, quorum utraque pars super sit incolumis. Consequenter ad hæc, Apostolus proposita mortis origine ex Adamo in vniuersum humanum genus, proponit originem vitæ ex Christo: indeque etiam confirmat resurrectionem; ut quemadmodum Christus vitæ autor, solutis inferni doloribus notas sibi à Patre factas vitæ vias trinit; ita & nos eas Christo auspice simus imituri. Inde ad Christi de morte & peccato triumphum qui resurrectionem consequetur, excutit ad finem capitis manifestè prodens quid anterioribus verbis quæ difficultatem facere diximus, propositum habuisset; nempe ostendere victoriam quam cum resurrectione corporum obtinebimus per Christum, aduersus mortem & mortis stimulum post sæculi finem. Est autem ea victoria; nihil aliud quàm plena abolitio cuiusvis mali: Deo omne vitium quod veluti rubigo adnatum fuerat creaturis rationalibus abstergente, & creaturas suas resingente ac renouante ad primordiale statum quem acceperant à creatore, priusquàm à Satana & prauis affectibus interpelarentur ac inueterentur. Eam deteriorationem admittit nobis scortia & impuritatis, in Christo primum exhibuit Deus, à quo procul fuit omne vitium, omnisque labes. Hic homo quia peccato caruit, morte quoque carere debuit: tamen eam voluntariè admittit, ut illam hebetaret, ac vim eius retunderet; quod & fecit, & experimento suo firmavit resurgens. Has naturæ nostræ primitias, imitabuntur ea in parte, quotquot ad earum puritatem & elongationem à scelere anhelabunt in hac vita, ut malo ac peccato mortis autore, ita & morte in eis deleta. Quod eximie assequuntur illustriores sancti: coeteri item qua proportionem se abalienant à culpa, eo magis adaugent ius suum ad veram vitam, aptantque se ut Deo subdantur, quem nullo relicto peccato, eius item propaginem, (mortem inquam,) deleterunt, & pro ea in homines plenè regnaturum, deposcit ratio, & diuina oracula docent. Omni ergo extranea potestate abolita, nec ultra homini dominante aut peccato, aut morte, Deus plenè potietur regno in nos, & massa vniuersa generis nostri, contemperata conspersioni ex nobis delibata, nempe Christo; pura prorsus & expurgata sine macula & ruga erit; quod est eam, & Christum, qui cum nobis vnum corpus mysticum facit, subici Deo. Vnde consequitur, ut Deus fiat omnia in omnibus, sitque cuilibet omnia quæ nomine boni venire possunt: quod ante depulsum plenè malum, contingere non potest, cum par non sit Deum in malo esse. Hic est prolixus, sed egregius & Apostoli literæ coherens Nysseni discursus, quem obsignat hæc clausula. [Quando ergo bonum per omnia peruaserit, tunc totum

Christi corpus vniuersæ subiectur potestati; & sic huius corporis subiectio, dicitur esse ipsius filij.] Arrigerat perpaucis eandem expositionem S. Athanasius *sub finem* libri de incarnatione Christi, & Origenes hom. 2. in Plalmum 36. è recentioribus verò fuscè omnes versant Thyraq. lib. de appar. Christi ad iudic cap. 13. à n. 22. & Ruissalp. 30. de Trinit. sect. 8. Vnde liquet, subiectionem Christi de quo Apostolus loquitur, regno eius in æternum duraturo non derogare: ut neque eidem officeret personalis subiectio Christi, ut dicam cum de Christo triumphatore.

Stabilitas eiusdem, inconstans, & à motibus firmior.

413 Deum stabilitas regni Christi, non intercisit, & nunquam abruptenda regni Christi serie, continetur. Superat omnem admirationem hæc stabilitas. Ethniciſimum, omnium Imperatorum, ac regum infinitorum, ipsiusque Satanae astu, & artibus & potentia nixum; inolitum item abusus longevitate radicatum, nihilominus euulsum esse, & exaruisse videmus. Quod si aliquandiu, post compressionem nonnullam, caput denud extulit; mox tamen constat planè contritum & stripitum eradictum esse, nec habuisse ultra spem. Hæreses complures, regum secularium ac Principum per Satanae emissarios in fraudem actorum, seuerissimis legibus, & omni carnisficum ingenio in tormentis, stare ad horam sunt vitæ mox tamen defluerunt: quodque mirabilis est, & paginissimus, & hæreses, sponte, & cum quiete agere sinerentur, emarcuerunt: quamvis has Sam post Christi ætatem multo plures exstiterint, quàm in antiquo Testamento. Causas vellet Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 90. E contrariò verò regnum Christi, inter tot turbines & procelas, agitari potuit, quasi & mergi non potuit. Obseruat egregie diuinum hac in parte consilium Origenes, agens de Philosophicis doctrinis, collatis cum Christiana fide, *in initio primi contra Celsum*, & S. Chrysostomus orat. de S. Euthymio. [Deus quidem (inquit Chrysostomus), veram suam & Apostolicam fidem, in multis oppugnati permittit: hæreses autem atque paganismum, secuta tranquillitate perficiunt. Quid ita: ut illorum quidem infirmitatem dicas, quæ cum minime diuexentur, sponte destruantur: fidei verò virtutem agnosces, quæ dum oppugnatur, eorum opera qui se illi opponunt, augetur.]

Confirmat id fuscè expenso testimonio Apostoli 2. Cor. 12. qui proficitur datum sibi simulacrum carnis Angelum Satanae, nec licuisse sibi cum precibus exequere, dante Deo responsum, virtutem in infirmitate perfici. Eum enim stimulum carni Apostoli datum, negat Chrysostomus fuisse infirmitatem corporis, ut aliquos refert interpretatos; sed Angelum Satanae; ait fuisse aduersarios regni Christi, & fidei per Apostolorum disseminatos: à quibus stimulus carni Pauli, id est vexatio, persecuciones, & afflictiones inferebantur Deo, per huiusmodi colaphizationem probante Apostolum, ut virtus in tali infirmitate perficeretur, & Christi regis victoria esset luculentior, qui tot

Christus, Rex super Sion. siue Eccles. 185

aduersariorum machinas, per adeo debilia in speciem instrumenta, redderet cassas. Concludit inde S. Chrysostomus paulo post.] Vides ideo Deum permittere, Angelos Satanæ feruos suos premere, sed vigis cæli, vexati, innumera mala perpessis, eos a quibus hæc inferrebantur, potuerunt pro petro successu deuincere.]

Summa præcipuorum in Ecclesiam motuum, ex Theodoro.

414 Verissimè à Chrysostomo obseruatum, in tot bellis, totque tumultibus, diuinum consilium in Christi spirituale regnum, iis moribus quibus euerterendum putabatur, multo firmitus esse stabilitum, euentus docuit ab initio nascentis Ecclesiæ, & constituti huius Christi regni. Nihil enim non sunt moliti Iudæi, nihil per annos trecentos ferro & igne armati Imperatores, nihil postea Saraceni & Agareni, nihil domesticæ rebelles hæretici, vt hoc Christi regnum conuellerent; sed iurito semper conati, & cassis nitibus, breuiculus persequitur: aduersus leges & regnum Christi in vno Romano imperio excitatum, & quam irritæ ceciderint, legere licet apud Theodoretum lib. 9. contra Græcos, his ex parte verbis. [Legum quas nostri piscatores ac publicani, qualque furor tentorum tulerunt ac promulgarunt; non Caius, non Claudius, dissoluere potuerunt. Nec qui eis Nero successit. Narrat deinde persecutorum omnium de potentissimis hostibus victorias Historiamque persecutionum ordine exponit pueris, mulieribusque Ecclesias, incendunt: quodque magis indignum est, in ipso salutiferæ Passionis die, quo & Passionis & Resurrectionis memoriâ celebramus, omnes Christianorum Eccl. in Rom. Imperij finibus destruxerunt. Lapidum illi quidem structuras compagesque demoliti, in Christianorum verò piâs animas potestate nulla vti quo autem aduersum Christianos Apostatæ Iuliani temporibus audacissimè gesta, norunt omnes etiam. Cæterum sic tot numero Imperatores (inquit) tantaque dominatione orbem regentes, contulis barbarorum animis, clari bellicis victoriis acque illustres, manualium tamen artificum, rudiumque hominum & pauperum mulierumque lana & tela victum sibi quærentium, potentes minime fuerunt. Quamquam aduersus eos machinamentis omnibus vti fuerint. Quid autem grandiores natu viros dico, ac mulieres, cum ne adolescentes quidem, prima literarum elementa perdoctos, à Dei cultu nostrique Saluatoris, summouere potuerint? Itaque Corybantium more capita præ furore iactantes incitiæ, technis, ac veteramentis vti quam plurimis, piscatorum leges non dissoluerunt quidem, sed multo validiores eas oppugnando reddiderunt: planeque persimiles inuenti sunt, qui flammam quidem restringere concupiscunt; oleum verò fatui instillantes, ardentem illam efficiunt. Etenim hi quoque contra pietatem bello suscepto, piæ veritatis robur, manifestis declarant.] Addit paulo post, de simili euentu Persicorum in Ecclesia turbinum sed antiqua illa dimittamus.

415 His ipsis diebus quibus hæc scribimus, avi nostri Alaricus, è sua Gotthæa & Aquilone Theophili Raynaldi de Aitrib. Christ.

ne, vnde omne malum pandi sollemnissimum iam olim fuit, torrentis instar rapidissimi exundans; cum vastatis intra paucos menses populosis prouinciis, Religioni æquè ac humano Principatui infestus, excidium Italiæ & orbis vertici illatus ab Ecclesiæ perduellibus iactaretur; nec Honorius subitæ tot populorum ac vibium defectioni posset obistere; dum Lutheri sui vindicem proditores germanissimi, certatim in vrbes suas excluso Principe legitimo auocant; dum è vicina Gebenna prostrati in Gallia Caluini, anastasis proxima insonat, & ob affinitatem cum Luthero, ac communem à Romana Ecclesia abiunctionem, speratur vnâ cum labante Luthero, restituendus in sortem pristinam Caluini: hos inquam dum Sistaræ ante victoriam triumphos canunt pellices eius, vigil de cælo succidi arborem mandauit, & obtrito equorum ungulis cadauere, animam ad æterna incendia destruxit. Vt extra dubium esset, Deum regno Christi sui inuigilantem, ferre ad tempus vexationem eius aliquam, vt qui probati sunt manifesti fiant: non deesse tamen opulorem in tempore, nec posse humano vllò nisu, aut etiam coniuratis Orci aciebus, euertere regnum Christi datum à Patre; nouo & innotato munitionis genere, à Christo ipso munitum; non turribus, muris, fossis, propugnaculis, sed duobus solum nudis verbis, quæ toti huic regno protensione vltiore quàm sit Sinenfium murorum, pro muris & munimentis quibusuis sunt, eruntque semper, vt Eusebius breuiter attigit lib. 1. præcep. cap. 3.

Vnde tanta firmitas, regni Christi spiritualis.

416 [Et quæ tandem illa sunt verba, (inquit S. Chrysostomus cuius hæc est commentatio serm. 12. tom. 5. Græcol. qui est in inscriptionem actuum Apostolorum) illa inquam verba quæ tantam vim obtinent? Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. & porta inferi non præualebunt aduersus eam. Hic murus est, hoc septum, hoc munimentum, hoc portus & refugium. Tu verò quàm inexorabilis sit hic murus, inde perpende. Neque animi hominum tantum insidias aduersus eam dixit non præualituras, sed nec ipsas inferni machinas. Porta enim, (inquit,) inferi, non præualebunt aduersus eam. Non dixit, in illam non irruent, sed aduersus eam non præualebunt. Siquidem irruent illæ quidem, sed illam minime superabunt. Sed quid tandem ille est, porta inferi? Porta vrbs, est aditus in urbem. Itaque porta inferi, est periculum quod ad inferos tendit. Quod igitur ait, est eiusmodi: licet irruant nos præcipites agant infernum, Ecclesia manet immota. Poterat ille quidem non permittere, vt vlla mala experiremur. Cur ergo permittit? Quod multò maius sit quàm tentationes prohibere, si dum aduenire tentationes finit, nihil tamen ex earum incursu mali nos ferre permittat. Ideo omnes accidere tentationes finit, vt probatorem illam redderet: Siquidem tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem. Atque vt maiori cum excessu virtutem nam ostendat, ex ipsis eam portis

Aa 2 eripit

eripit mortis. Propterea tempestatem fuit ex-
citari, at mergi cimbam minimè fuit. Sic gu-
bernatores quoque laudamus, non cum secun-
dis ventis navigatur, neque cum à puppi fla-
ntibus auris incolumem nauem seruat: sed cum
mari procellis agitato, ac fluctibus efferecen-
sibus, ac tempestate commota, suam artem ad-
uersus impetum ventorum opponit, & navi-
gium ex medijs procellis saluum adducit. Ita
fecit & Christus: dum tanquam nauigium in
mari, Ecclesiam rursus in mundo ferri permi-
sit; neque fluctibus sedauit, sed ex fluctibus eri-
puit, non mare compescuit, sed nauis commu-
niuit; & cum surgerent vndique populi tan-
quam sæui fluctibus; & maligni spiritus, tan-
quam aduersi quidem venti in eam irruerent,
excitata vndique tempestate, multam attulit Ec-
clesiæ tranquillitatem: quodque per mirum factum
fuit, non modò nauem procella non obruit,
sed & procellam cymba sedauit. Nam continuæ
persecutiones, non modò Ecclesiā non submer-
serunt, sed ab Ecclesiā sunt sedatæ. Quo tandem
pacto, & quorum opera? Huius sententiæ ni-
mirum ita pronuntiat, *porta inferi non prauale-
bunt aduersus eam.* Scitè ait, cymbam sedasse
tempestatem; significans omnia in huius regni
stabilitate esse supra naturam. Hoc verò est ab
ipso ducere opes animumque ferro.

417 Reus sum taciti eximij decoris diuinæ
virtutis, & pressi Thesauri quem in iisdem Chri-
sti verbis detegit idem Chrysostomus, si fessus
sat multorum exserptione, præterea reliqua
quæ continenter sic subdit. [Quid enim aduer-
sus hanc sententiam non machinati sunt: exer-
citiū delectus habebatur, arma mouebantur,
reges armabantur, populi commouebantur,
urbes insurgabant, iudices excandescabant,
omne supplicij genus excogitabatur, nullus
pœnæ modus omittabatur, ignis, ferrum, den-
tes ferarum, præcipitia, submersiones, bara-
thrum, equuleus, crux & fornax, & omnia quæ
vnuquam visa sunt tormenta, in medium profe-
rebantur: ingens minatum agmen, honorum
pollicitationes innumeræ, vt illa quidem ra-
tione terrerent, hac verò mollirent, & allice-
rent. Nullum igitur fraudis, nullum violentiæ
genus prætermittabatur. Nam & patres filios
prodebant, & filij patres non agnoscebant; ma-
res suorum partium obliuiscabantur, & natu-
ræ leges, euergebantur. Veruntamen ne sic qui-
dem Ecclesiæ fundamenta concussa sunt. Et
quamuis ab eius propinquis bellum indictum
esset, non tamen ad muros vsque ipsius perue-
nit, propter illud verbum quod sic habuit, *por-
ta inferi non praualebunt aduersus eam.* Noli
enim id spectare, quod verbum erat, sed quod
verbum Dei: Siquidem cælum verbo firmavit
Deus, & terram verbo super aquas fundauit, &
effecit, vt hæc densa grauique natura, ab illa
leni fluxaque sustentaretur, & mate quod à
violentis flatibus ventorum vrgetur, quod tot
fluctibus ac procellis agitur, imbecilli vallo
atena vndique per verbum suum vallauit. Ergo
qui cælum verbo firmavit, qui terram funda-
uit, qui mare circumvallauit, quid miraris, si
Ecclesiam cælo, terra, marique pretiosiores
rursus hoc verbo muniuit?]

Hæc verissimè affirmari, non modò ratio,
ex diuini verbi firmitate ducta, sed euentus
quoque docent. Notum quòd reciderint decem

duodecimque Caesarum in Christi regnum co-
natus; Neronis inquam, Domitiani, Marci
Antonini, Seueri, Maximini, Decij, Aureliani,
sed omnium rabiosissimè & truculentissimè in
illud gratulati Diocletiani, post exhaustum Chri-
stianorum cladibus Romanum imperium. Firi-
mata per eos est veritas oraculi à Christo editi,
porta inferi non praualebunt. Comprobantur hi
omnes, Tertulliani verissimam sententiam plu-
res effici Christianos, quo plures metuentur, &
radicari constabillirique firmius regnum Chri-
sti, quo vehementioribus per ectionum flabris
turbinihusque agitur. Discere id licet, & ma-
ximis progressionibus regni Christi, summis &
iniquissimis temporibus, vt dicitur late Thomas
Bosius lib. 4. de sig. cap. 4. Tantumque abest vt
profana hæc regna euerterint regnum Christi,
vt potius omnia sint à Christi regno conuulsa;
testa, ferrum, æs, argentum, & aurum per la-
pidem abscissum de monte sine manibus, sunt
comminuta. [Tremebant gentes,] (ait Proseper
2. de vocat. gent. cap. 15. alius 5.) irasceban-
tur populi, sæuiebant Reges, & potestates con-
tradicebant; superstitiones & totius mundi re-
luctabantur errores. Sed de resistentibus, feru-
entibus, populum suum Christus agebat, & per
vincula ac supplicia mortisque sanctorum, id
borabatur fides, vincebat veritas perque vinde-
sum mundum dominici agri segetis multiplicabatur
vberras. Tanta enim delupei præbebat
constantia fidei, fiducia spei, fortitudo toleran-
tiæ, vt ille ignis dilectionis quem in cordibus
fidelium Spiritus sanctus accendebat, nullo mo-
do ab opprimentibus posset extinguì: Cum &
qui cruciabantur, vehementius inardescerent,
& qui sæuiebant, eandem quam persequen-
tur, flammam sæpe conciperent.]

*Et contra motus & turbines, sit etiam
contra delos & malas artes, imperi-
urbatum Christi regnum.*

418 Quod si aduersus leonem sæuientem fre-
tit regnum Christi, non minus forte ac validum
aduersus draconem furentem & occulit in-
sidiantem fuit. Vtrumque cõculauit Christi-
gnum. Leonem sæuientem, interpretatur S. Au-
gustinus in Plal. 90. sæuitiam Ethnicorum, quæ
in martyrum corpora, & Christianorum scul-
tates est exprompta. Draconem verò insidian-
tem, hæretico furorū accommodat. Quoties
enim Imperatores Arriani, Monothelites,
Iconoclastæ, reges multo plures, iisdem aut alijs
corrupti hæresibus, capita prouinciarum popu-
losissimarum, ferros igne diffundere nixæ er-
res quos combiberant, tametsi ad tempus tran-
quillitatem regni Christi turbabant, cuiusque ve-
luti serenitatem infuscarunt; tamen regnum
Dei conuellersent, vt maxime in id conuiterentur
nunquam potuerunt. Nimirum iurauit Deus
Dauidi in sancto suo; illi inquam Dauidi quem
tanto post primum illum & typicum Davidem,
regendo regno Dei spondet Ezechiel; illi in-
quam Dauidi iurauit Deus, *semen eius in æter-
num manebit, & ibramus eius sicut Sol in consti-
tu mer, & sicut Luna perfusa in æternum, &
testis in cælo fidelis.* Dominus exercituum de-
creuit, & quis poterit infirmare? Egregius tutus
in hanc sententiam S. Chrysostomus ora-
tam habuit cum ageretur de suo exilio, *sub
initium,*

Christus Rex super Sion siue Eccles. 185

initium; quem locum eò libentius profero, quod quoties Ecclesia quatitur; (& quando non quatitur, nunc quoque?) potest vti esse Ecclesie rectoribus, vt suos animent, quod in ea occasione fecit his verbis Chrysostomus. [Christi Ecclesia nihil fortius. Si quis eam impugnatè proponit, vires atterat necesse est. Tale est enim, velut si cælo bellum mediteretur inferre. Homini si bellum inferas, fortasse vinces, aut fortè vinceris, Ecclesia vincere nulla vis poterit. Deus est pro Ecclesia, qui est omnibus fortior. Aut amulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? Deus fundauit hoc, quod labefactare conaris. Aut experiri vis potentiam Domini? Ipse est qui respicit super terram, & facit eam tremare. Et iterum qui iubet, & tremor eius solidatur. Aut non vidisti, tremementem ciuitatem tuam quoties stare fecit? Multo magis Ecclesiam suam tremementem, poterit confirmare. Fortior enim Ecclesia multo, quam terra; immo & fortior cælo. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.] Decussit porto regnum Christi tot turbibus & procellis concitatis probatum & firmum apparere, nec euanesce vt cætera ad minimos motus, optimè plinè differit homo non bonus, vir non vir, Photium dico, sub extremum epistolæ ad Michælem Bulgatorum Regem, quam Henr. Canis. exhibet tit. 5. antiq. lect.

Administratio regni Christi, quàm perfectissima, & quàm ex ea felices subditi.

419 Circa hoc regnum, quia Christus illud administravit tractanda restat sapientissima & numeris omnibus perfectissima eius administratio per Christum: vnde habebitur vna omnino insignis quæ superest regio Christi potestatis prerogatiua, eidem planè peculiatis; nempe summa subditorum felicitas, & omnibus capitibus penes quæ subditi obnoxij alieno imperio, esse & dici queant felices. Est inde quoque intelligitur, quàm sit optandum & curandam subiacere huic regno. Vt enim Origenes in cap. 5. ad Rom. in ipso fine, scribit. [Non potest fieri, vt sine rege aliquando sit anima, sed hoc promittendum est, vt Christus regem habeat; Cuius iugum suauis est, & onus leue; & non Diabolum, cuius regnum graue est. Iniquitas enim est, quæ sedat super talentum plumbi. Christus autem ybi regnat, ibi superabundat gratia, & iustitia in vita aterna.] Habebunt præterea reges, in proposito Christi regimine, ideam ad quam se conforment. Quod optimè attigit Iuo epistola 261. quæ est ad Henricum regem Anglorum. [Sic (inquit,) verum possidebitis regnum, si & vos ipsum bene regatis, & subditos vestros, virga iustitiæ ab iniquitate reuocetis. Hæc est enim vera gloria regum, sequi formam summæ regis, qui per Psalmistam dicitur, virga directionis virga regni tui: dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.]

Hanc regno Christi subditorum felicitatem, sic generaliter & vniuersè comprehensam, exponam propositis & expensis variis denominationibus Christi Regis, petitis ex ea felicitate per regni administrationem concessa integratæque ex bonis omnibus, & exclusionem malorum quoruncunque. *Mala autem subditi accenda, vt felicitatem conse-*

qui dicantur in subiectione, sunt oppressiones, cum internæ, dum à liene (vt ille vocabat) perfas & nefas exsurgunt; vel ab harpitis & vulturibus ministrorum nomen præferentibus scedè lacerantur: tum externæ, ab hostibus quos arcere bonum & nauum Principem necesse est. Quam in rem ad manus semper habere militem, & locis opportunis præsidia, leges prudentiæ præscribunt. In bonis numerantur; ordo debitus & cum nexu omnium publicæ corporis membrorum, debita singulorum subordinatio, & in gradu suo ac ordine collocatio. Est enim reipublicæ bonum planè ingens & ad debitam administrationem, ac regni incolumitatem diuturnam, per necessarios, esse in Rep. & regno, ordines & gradus varios, qui omnes quidem inter se nectantur & conspirent ad vnum moderantis omnia Regis nutum, ab eo pendeant, ad illum conformentur vniuersi; Sed inter se quoque ordinem seruent, & ritè disposita probèque coherente diuersitate colluceant. Numeratur etiam in bonis, magnificentia & gloria in splendore regionum ministrorum, & multitudine amplitudineque graduum ad quos per Regem portio aliqua regiminis derivatur. Denique beatum dixerunt populum, cui sunt in altissima pace vberes opes, atque diuitiæ, quibus cum tranquillitate & securitate, sub Regiæ tutelæ veluti vmbella ac tegmine fruuntur. Omnia hæc, quibus integrati, partim priuatiue per abscissum malorum, partim positue per bonorum affluxum, felicitatem regni per Regis optimi administrationem diximus; exquiritè concurrunt in regnum hoc spirituale Christi domini: & inde colliguntur varij tituli quibus Christus Rex in scripturis nuncupatus habetur, nempe *Rex virtutum, Rex gloria, Princeps pacis*. Attingo singulos.

Vsus doctrinæ.

Vsum doctrinæ, subiecti superius singulis propè punctis, varium ac multiplicem. Præcipui sunt, non lingui animo in Ecclesiæ vexatione per quoscunque turbines, siue ab infidelibus, siue à personatis Catholicis. Stabit enim nihilominus Ecclesia, nec hæ inferi portæ aduersus eam præualebunt. Deinde gratulari sibi tantum decus, tamque multiplicem felicitatem, ex subiectione ad tantum Regem, cuius gloria & diuitiæ, ac potentia, certant cum affectu in subditos, & eos iuuandi ac releuandi voluntate.

CAPVT III.

Christus, Rex virtutum.

420 **R**ex virtutum, & Dominus virtutum, denominatur Christus, de sententia S. Augustini Psalm. 67. & 23. Non sumo tamen virtutis Græcè *ἡρώες* accipi ait inscripturis pro regno & imperio: Non inquam sic nunc sumo hunc titulum; quia sic Christus *Rex virtutum*, idem esset quod *Rex Regum*, de quo Christi titulo iam est actum.

Aa 3 Christus,